nunq̃ veram fuiſſe: demus quoqꝫ neceſſe eſt illam quæ vera merebitur appellari: ei mẽti quã ſemel poſſederit inſeparabili glutino cohęrere. Qđ quomodo verum ſit non facile video. Etenim q̃talibet virtutũ perfectiõe pręſtiteris: ſi obſeruandarum animi cogitationum purgandiqꝫ cordis paulo cœperis negligentior eſſe: nihil ꝓculdubio facilius erit q̃ vt deſerto tãdẽ calle regio.i.charitate ſyncera: in deuia atqꝫ diſtorta pungẽtium vitiorum ſpineta prolabare. Porro nõ deerunt in quibus liberioris arbitrii facultas loci nihil ẽ habitura: ſi quoſdam diuinus fauor eouſqꝫ prouehit: vt peccare volentes potenti virtute ꝓhibeat: nec errare quoquo modo patiat̃. Et vbi tandẽ eſt illud quod ad ingentẽ ſanctorum cõmendationẽ catholica modulari cõſueuit eccleſia? potuit enim tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: facere mala & nõ fecit: ſiqua charitas eſt quæ ſic cuiuſq̃ adhęret animo vt ab eo nulla poſſit ratione ſeparari? Huic igitur obiectioni: familiari (ſi libet) occurramus exemplo. Nactus es amicum quem præter cæteros amore præcipuo gaudes amplecti: quiqꝫ tibi mutua viciſſim dilectione reſpondet. Quis hunc obſecro q̃uis optime de te meritum (modo peſſimus eſſe non abhorreſcas) poſſe te negauerit conuiciis cõtumeliis iniuriiſqꝫ laceſſere? Neqꝫ enim præciſa lingua eſt qua loqui poſſis indigna: nec manus qua vel cędere queas: vel inuolare: nec pes quo valeas calce ferire. Re tamen nulla adduci poteris vnq̃ vt horum quippiam vel cogitare velis ne dicam impudentius attentare: quinetiam immortali deteſtaberis odio: ſi quis forte tibi tale aliquid perſuadere velle nitatur: indignabundis exclamans vocibus atqꝫ conteſtãs ipſum facilius cum vniuerſis planetis atqꝫ ſyderibus cœlũ poſſe corruere: q̃ vt illi quo nihil inter mortales chariꝰ habeas quoquo modo queas eſſe moleſtus. Et quidnam illud eſt obſecro quod vi tanta te continet: tanto retinet vigore: ne iuſta poſſis atqꝫ honeſta fidelis amicitiæ decreta velle contemnere: niſi ſolius amoris potentiſſima virtus? Quem ta-

men aut odio ſubrepēte aut amore cōtrario malefidū rapiē te pectus extingui funditus atqꝫ īterire poſſe nemo recte ne gauerit. Q̄ꝫ q̄ hocipſum apud veros honeſti rectiqꝫ cultores atqꝫ ab oī leuitatis pfidiæqꝫ nota penitꝰ abhorrētes: euētu prſus impoſſibile eſſe nimis eſt pſpicuū ſatiſqꝫ frequēter euidentiſſimis exploratū argumētis. Vult igit̄ qſqs huiuſmodi eſt īmobili firmataqꝫ ſentētia nō poſſe qd poteſt: tāqꝫ ſecurus eſt (donec fido cōſtās in amore pſiſtit) nō euēturū ſibi vt dilecto diſpliceat: acſi amici lędēdi oīs illi penitꝰ eſſet adēpta facultas. Eadē plane ratione qſquis in ſaluberrimis amoris diuini ſtudiis ſeſe fidelit̄ exercere curauerit: eouſqꝫ munifica cęleſtis gratiæ largitate prouehit̄: vt q̄uis pparas ditiſſimæ charitatis opes: p libero ſolutæ voluntatis arbitrio proiicere poſſit: nolit tn̄ oīno: mallitqꝫ p̄ſentē amittere vitā: q̄ charitate/ ſupellectile oīm p̄cioſiſſima ſpoliari. Nec immerito ſane: cum enim terrænus iſte qui nulli vnq̄ animo purgatiori faculas ſuas iniicere potuit amor: talis tantuſqꝫ ſit: vt quos ſerio ſemel accenderit: dum omnis impatientes morę: quanto poſſunt conamine re dilecta frui pgunt & geſtiunt: ne vitæ quidē proprię rationē vllā habere patiat̄: minus ne poterit amor diuinus: cui nulla rite valet dilectio comparari? Itaqꝫ quod de viro iuſto canitur: potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: tale eſt acſi manifeſtiꝰ diceretur: potuit nimirum pro voluntatis libertate: mandatis repugnare cæleſtibus: ſed optimum ſibi perſpiciens eſſe ſi diuinæ bonitati indiſſolubili ſynceræ charitatis vinculo cohæreret: perſuaderi omnino nō potuit: vt ab illa quoquo modo ſe pateretur auelli. Sic ergo perfectiſſimus quiſqꝫ noſtri redemptoris amator poſſeſſam deſerere charitatem: & poteſt & non poteſt: Poteſt inquam (quantum ad liberam pertinet arbitrii facultatem) mutata voluntate immundis amoribus pollui: ſed eius (vt æquum eſt) dilectionem caſtiſſimam rebus omnibus anteponēs: non poteſt amore cōtrario velle corrumpi. Hæc eſt illa charitas optimi fr̄es q̄ vl

ſola clariſſimo verę charitatis nominę gloriatur. Hæceſt inq̄ charitas illa quam cœleſti;redundās ſcientia magnus reſpiciens auguſtinus ſuperius memoratam protulit ſentē tiam dicēs. Charitas quę deſeri poteſt nunq̄ vera fuit. Hęc eſt profecto charitas illa de qua flammigeris totus ardens affectibus beatiſſimus exclamabat apoſtolus dicens. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti? Ac deinceps extenſiori ſermone mirificas flagrantiſſimi pectoris ſui flammas oſtendens apertiſſime docet nihil eſſe quod electos ab optimi Ieſu dulciſſima valeat diſiungere charitate. In hac regale ſibi ſolium tranquillitas beata conſtituit: rariq; ſunt admodum: qui non optabili ſerenę mentis quietudine gaudeant ſi ad hāc de qua loquimur ſuperno donati munere pertingere meruerint charitatem.

Ex euangelica ſententia ſuperius memorata ſi quis diligit me: vere diligentiū charitas oſtēditur: vt eius cōſideratione nobiſipſis timentes ſolliciti ſemper ſimus ne verę charitatis inueniamur expertes. c. vii.

NOn eſt igit̃ ſine magnaīma ſtabiliq; charitate precioſa bonę mētis quærēda trāquillitas: quinimo quiſquis eo nondū ꝑuenit vt tam feruēter q̄ conſtāter diligere norit falſo ſibi de iucūda pacatioris aīmi quiete blāditur. Interim vero quātis niti laboribus q̄ta ſuccendi perurgeriq; cupidine debeamus vt probatiſſimum ignitę charitatis aurum ab ipſo nobis toti⁹ dilectionis authore comparemus: eoq; fœliciter impetrato illam nobis ineſtimabilem perrarę tranquillitatis margaritam æterna poſſeſſione vēdicare queamus: vel ex ipſa bona tanta poſſidentium raritate facile cuiq; animaduertere licet. Hanc autem illa noſtri redemptoris ſententia quam pauloante protulimus: qua videlicet diſcipu

los ſuos alloquitur dicens: ſiquis diligit me ſermonem meum ſeruabit; ſatis (meo quidem iudicio) manifeſte demõſtrare videtur. Siquis; enim particulam eſſe ſignificãdę raritati q̃ aptiſſime congruentem: qui vel prima didicit elementa dubitare non poteſt. Etenim vt neſcio quid exempli cauſa fingamus: obſidet princeps aliquis vrbẽ quãpiam & natura loci ſituq; fortiſſimam: & cõpetenti militum numero (qui tam inſigni iugis militiæ diſciplina q̃ perferendi bellici laboris pertinacia: clariſſima ſibi nomina pepererе) potenter inſtructam. Videt ſuos aggrediendę gerendęq; rei difficultate deterritos prope fatiſcere: quippe qui rẽ ex ſententia minime ceſſuram vanis ſeſe conatibus aggreſſuros eſſe cõiectant: Quo confugiet princeps memoratus quo tandem conſilio ſuorum remiſſos erigere conabitur animos? Nempe ſi qua ei ſuppetat ſermonis exhortatorii facultas: hoc ad animandos eos quos deficere viribus atq; intepeſcere videt ſtudioſiſſime curabit vtendum: hanc inter cętera ſermoni ſententiam inſerens. Si quis veſtrum degeneri calcato timore virilem induerit animum: atq; in huius expugnatione loci memoranda ſuę ſtrenuitatis virtutiſq; præbuerit animoſus exempla: ſi iuuante deo rebus ꝓſpere geſtis incolumis euaſerit: præter illam immortalem perpetui nominis gloriam quam ſibi conciliaturus eſſe nõ ambigitur: a me quoq; muneribus maximis donatus abibit. Sin vero res aliter ceciderit (incerti nãq; ſunt bellorum euentus) fieri non poterit quin hinc exitu glorioſiſſimo ꝑpetuo victurus excedat. Non diceret ſi quis: ſi plurimos ꝑſpiceret intrepidos: quiq; neceſſariis animantis eloquii calcaribus opus non haberent. Tale aliquid eſt qͩ vnigenitus dei filius immenſo virginei ſanguinis pretio: genus redempturus humanũ: diſcipulis ſuis amatiſſimis ac per eos omnibus nobis denunciauit dicens. Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit. Sane ſi orationem illam ad alumnos chariſſimos habitam vnde memorata verba deprõpta ſũt

orationem inquã affluentiſſima cœleſtium ſententiarum vbertate paſſim redundãtem: quęq; paulopoſt ſecuta ſũt fideli memoria repetam⁹: animaduertere facile poterim⁹ prefatum cõma eo nos examine ponderare debere: ac ſi in huiuſmodi ſentẽtiam redemptor ipſe noſter verbis copioſioribus erupiſſet dicẽs. Illuxit tandem expectatus ille tot ſæculis dies: dies inquam deſideratiſſimus: ſed & ãte ipſã labentium temporum conſtitutionẽ ſaluandis hominib⁹ ęterna prouidentia deſtinatus. Iam nunc cœleſtis illa Hieruſalem nulli hactenus hominum peruia (quippe cuius lętiſſimos aditus primi gentis humanæ progenitores: nõ ſibi tantum ſed & vniuerſę ſuę poſteritati tranſgreſſione temeraria ĩpudẽter nimis atq; improbiter occluſere) iã nũc inquam illa bonorum ferax omnium patria beatiſſima: intercedente morte volũtaria: quam pro redimẽdis mortalibus inæſtimabili ſuccenſus charitate: toleratum proficiſcor: pacata tandem mei genitoris ira fœliciter reſerabitur: cunctiſq; me fideliter imitari volentibus optatum patefactis valuis p̃bebit ingreſſum. Et quidem q̃tum ad me ꝑtinet omnes voco: repello neminem: cunctorũ cupio ſitioq; ſalutem. Obſiſtit interim irreuocabilis plurimorum ꝑtinacia quominus electoꝝ beato cõtubernio glorioſius aſcribantur. Quid a parata vobis beatitudine miſerrimi fugitis? quid tã citato curſu ꝑ ꝑniciosiſſimo noxiarũ cupiditatum impio tartareos petitis ignes? Si delectat honor: ſi iuuãt opes: ſi demulcet voluptas: ſi poſtremo in his oĩbus lętiſſime ꝑfruendis pax fida cõcupiſcit̃: ꝗd ĩfœlices humi defigitis oculos? ꝗd in huiuſmõi bonis caducioris vitę celeri volucriq; decurſu fruſtra ꝑgrẽdis operã oẽm ſtudiũq; cõſumitis? Quid in ea re ĩgenioꝝ veſtroꝝ neruos ĩtẽditis: quã nulla vnq̃ ratiõe poteritis adipiſci? Cæleſte potius ſuſpicite ſolum. Illic eñ honoris faſtuſq; regii coronę perpetuæ inenarrabili rutilantiũ gẽmarũ nitore fulgentes: ſinguloꝝ q illuc ingredi meruerint capitibus beatiſſimis penniter im

ponendæ. Illic p̃cioſiſſimarum opum copia tanta: vt illam
obſtupeſcere potius q̃ appræhendere humanus valeat in=
tellectus. Illic voluptatis blandiſſimæ fontes perſpicui in
definenti ſcaturigine fluitantes: e quibus q̃nto plus depro
mitur tanto plus ſupereſt quod hauriri poſſe videat̃. Hæc
ergo tam lęta tam fœlix tamq̃ glorioſa ciuitas volentibus
omnibus: vt iam pręfatus ſum me reſerante patefiet: ſed ea
lege: vt nullum niſi magnanimi cordis: inuictæq̃ ſtrenui=
tatis militem id eſt ad vltimam vſq̃ vitalis ſp̃us exhalatio
nẽ infatigabili virtute pugnare doctũ admittat. Hic trepi
datis degeneres/hic cauſę nihil habentes obſtupeſcitis/hic
gradũ reuocatis & dicitis murmurantes. Hoc durũ nimis
ẽ: adeoq̃ moleſtũ: vt laborẽ tantũ non imerito velut intole
rabilem humanę fragilitatis virtus infirmior abnuat /refu
giat/abhorreſcat. Quis.n.tolerabile dixerit cũ inimicis ip
ſiſq̃ ptinaciſſimis: & laborioſo pariter & indefeſſo certami
ne deſudare! Siccine miſeri ſegnicie deteſtanda torpentes
erigendos/roborandos/omniq̃ conamine confirmandos/
ſpõte effœminatis aĩos! Ita ne bonę mentis oẽm procul ab
iicitis/frãgitis/eneruatiſq̃ vigorẽ! Hoccine tãdẽ pacto vos
ipſos ſpe ſterili decipitis: atq̃ inexplicabili veſania deride
tis: ad ea modis omnibus complectenda diuertentes: q̃ vo=
lentes/nolentes/iminẽte morte relinq̃re cõpellemini: ad ea
loca (qd̃ ſine horrore maximo cogitari nõ poteſt) extẽplo
transferendi: vbi tormentis addicti ppetuis ne tenui qdem
gaudiolo/vel exiguo breuiſſimi temporis pũcto recreandi/
deſperatiſſime lugeatis! Legitimo fateor metu pectora ve
ſtra palpitarent: ſi partẽ in omnẽ perſpicaciora lumina ia=
cientes: oĩ vos cerneretis auxilio deſtitutos. Nũc vero me
belli ducẽ: me diſciplinę militaris idoneũ p̃ceptorẽ me (qd̃
ſup oĩa vobis gratiſſimũ glorioſiſſimũq̃ videri debet) ve=
ſtri fideliſſimũ amatorem: me poſtremo in piculis oĩbus &
ſollicitũ & patiſſimũ (ſi tñ ipſi vultis) habere poteſtis adiu
torẽ. Dicite nũc (ſi qua ſupeſt reſpõdẽdi facultas) qd̃ cauſę:

eſt:vt ſub imperatoris inuictiſſimi:doctoris ſapientiſſimi:
dilectoris amiciſſimi:ꝓtectoris deniqꝫ ſtudioſiſſimi:dextra
fortiſſima(vtpote cuius inſuperabili potentiæ nemo reſi-
ſtit)inſipientiſſime trepidetis! Verū quotquot eo eſtis in
genio:vt a ſalubrioribus conſiliis irreuocabili ſententia be
neuolum auertatis auditum:non tam de ꝑferēdo labore
vincēdaqꝫ pugna diffiditis:q̄ indebito rectiſſime cōſulētē
odio ꝓſeqmini. Vos aūt q muliebri quadā puſillanimitate
fracti pugnare differtis: qd circūfuſos vndiqꝫ fruſtra formi
datis iimicos! Illas dico poteſtates aereas:plurima(qđ ne-
gari nō pōt)diuturni tp̄is experientia bellorum ſpirituali
um pitiſſimas oīqꝫ telorū genere prorſus inſtructas. Noui
ego terrificos ferociū inimicorum incurſus: impetuſqꝫ re-
pētinos:vt vel ſic funditus obruāt:inſꝑato frequētiꝰ emer
gentes:noui callidorum fraudes innumeras:noui domeſti
cū quē circūfertis ac geritis hoſtē:carnem dico veſtram in
ea quę meis inimica ſunt legibus ſuapte ſemꝑ natura ma-
le pronam atqꝫ procliuē. Noui quęcunqꝫ ꝑ anguſtum callē
manſuram quærentibus ſalutem parari pręlia ſoleāt:quid
ve in eos inſidiarum fraudulentiſſimus cōponere poſſit in
imicus. Noui deniqꝫ qcquid a ṕceptis meis æqſſimis ma-
leſidos atqꝫ inconſtantes aīos abducere conſueuit. Interea
vero nihil eſt vt iam ṕdixi quod expaueſcere debeatis:non
humeros veſtros ītolerabili ſarcina pręgrauare cōtēdo:nō
adeo duri ſūt quos ſubeūdos indico labores. Et ſi forte qd
ineſt aſperum:en ꝓfero dulciſſimū quiddam multoqꝫ ſua-
uius:q̄ vt humano poſſit explicari ſermone. Obductos ali
quando caliginoſę mentis oculos aperite:pauloqꝫ ſolertiꝰ
intuemini an ingens iſtud immo vero incōparabile benefi
cium qđ vniuerſo generi veſtro immenſa beniuolētia ple
nus imptiri feſtino(mortē dico meā tot ignitis priſcoꝝ pa
trum deſideriis:tot lachrymoſis fideliū ꝓphetarū ſuſpiri-
is:tot deniqꝫ repetitis feruētiſſimiſqꝫ iuſtoꝝ ṕcibus expeti
tā)hoc ſaltē mereatꝰ vt mutua me dilectione debeatis am-

plecti. Eſt ne q̄ſq̄ qui talis ſaltem tātiq; muneris gratia ſuō
me dignū arbitreť amore! Et ego vobis qui nec falli nec fal
lere noui īmutabili veritate polliceor: ſi quis diligit me ſer
monē meū ſeruabit. Furat hinc improbitate tota caro pro
cacior: illinc efferati penniū tenebrarū pn̄cipes īſtructis ꝑ
liis debacchenť: armet hīc impudēs audaci garrulā mēda-
cio linguā detractor: illinc ęgritudo ꝓlixior edaciori dente
membra ſingula depaſcatur: nihil hęc fido nocere poterūt
amatori. Si quis em̄ ſyncero me diligere voluerit aio quæ-
cūq; iuſſi non ſolū patiēter: verūetiā cum ingēti beneuolæ
mētis alacritate cōplebit. Videtiſne tandē hūc noſtri redē
ptoris ſermonē ad oſtēdendā eorū q vera charitate ſuccen
ſi cæleſtibus gaudent obtēpare mādatis: oīno pertinere ra
ritatem! Huius nimirum paucitatis attēta cōſideratio ip-
ſa noſtrarū mentium penetralia non exili debet timore cō-
cutere: ne forte apud illum animorum omnium pſpicaciſſi
mū ſcrutatorē: noſter eiuſmodi inueniať amor: qui præful
gido verę charitatis nomine cenſeatur indignus. Qui me
tus ſi legitimis moderatiſq; pectora noſtra ſtimulis vrgere
perrexerit: quotidianam nos operam dare cōpellet: vt prę
claros ſanctę charitatis igniculos & fouere ſemper & adiu
uāte nos fauore diuino auctiores indies efficere ſtudeamꝰ.

Ingenitū omnibus amorem ſed non charitatē: qua cum pauci flagrent nihil tamen eſſe quod iure cauſemur quaſi paucos illos pro captu noſtro ſequi nequeamus. Cap. VIII.

NIhil enim naturæ ſpirituali ęque conſen
taneum: nihil perinde amicum atq; dile
ctio. Auctore nāq; deo humanę mēti vſ
q; adeo tenaciter tāq; inſolubiliter cupi
dꝰ agglutinatus eſt amor: vt ab ea nulla
poſſit arte: nullo īgenio: nulla poſtremo
ratione ſeparari. Siquidē pulchri defor-

mis/honeſti turpis/æqui iniqui/boni deniq; pariter & ma
li diſcriminatrice ratione p̄ditus aīmus: neceſſe eſt aut ve
rū īdeficiēs atq; īmutabile bonū: aut quod fallaci decept⁹
iudicio bonū eſſe putauerit: īgenito pſequatur amore. Cę
terū quēadmodū nulla iubēte deo corporeis clauſtris illa-
bitur anima cui nō ſapiētiſſimus rerū artifex: neceſſarium
ſtimulātis īdat amoris affectū: ſic e regione ab eodē clemē
tiſſimo cōditore: nulla in lucē educitur atq; formatur: cui
ab ipſo ſuę creationis initio bonarū parētem optimā custo
dēq; virtutum cognatā atq; vt ita dixerim cōcreatam ve-
lit eſſe charitatē. Non eñ vult dilectiōe neceſſaria rerum
parēs optimus & auctor amari. Quod omnino proculdu-
bio fieret ſi humanis animis veri ſummiq; boni puriſſim⁹
amor naturali quadā genitura cohęreret. Ea igit̃ rōne plaſ
mator potētiſſimus: mētem produxit humanā: vt quæcū
q; ſunt obtinēdæ ſaluti neceſſaria: quęq; diuinis abſonare
conſtat ac diſſentire mādatis: apertius intelligere: & cum
vtraq; cognouerit aut hæc aut illa velle q̃ liberrime poſſit.
Ideo autem ſingulas animas libero pater optimus arbitrio
donat: vt cū fideli veſtigantis ſcrutādoq; reperiētis ac diſ
cernētis rationis obſequio: quid amādum quidve ſpernē
dū odioq; proſequēdū vnaquęq; didicerit: ad id demū ſin-
ceriter amplectendum penituſq; diligendum tota volun
tatis libertate feratur: quod omnium optimum eſſe perfe-
ctiſſimumq; inexpugnabili prorſus habuerit ratione com
pertum. Vbi vero diuino munere perluſtratus animus de
finito conſilio cōſtantiq; ſententia: dulciſſimo ſui condito
ris amori velle cœperit inhęrere: mox iuſte ſancteq; cupiē
ti largitor fauet munificus. Et qui modo laudabilē gratis
dederat voluntatem: nunc quoq; cupitam gaudet tribue
re facultatē: vt videlicet glorioſos luciferę flammigeræq;
charitatis ignes adeptus animus: & mundum ſemper ītu
endo iubar per obliqua non deuiet: & īter multigenas flu-
ctuātis huius vitę moleſtias beatis facibus ardēs ad vitam

curſu pperet expedito: eiuſq; quē totus diligit parato ſemper adiutorio fretus: nihil ſibi durū: nihil inſuperabile: nihil ad poſtremū intolerabile ducat. Et q̄q̄ perpauci ſunt q talibus accēſi focis: aſperrima queq; ſuperantes: hoſtileſq; conatus (dum amplioribus quotidie bonorum operum diteſcunt prouentibus) viriliter illudentes: ad æthereæ regionis beata ſemper palatia pede celerrimo gradiūtur: nihil tamē eſt quod iure cauſemur quaſi paucos illos pro captu quiſq; ſuo (modo prompta nō deſit voluntas) imitari nequeamus. Huic enim ſentētię ille noſtri redēptoris ſermo nō ſemel a nobis repetitus totus aſtipulari videtur. Si quis īqt diligit me ſermonē meū ſeruabit. Particulā nāq; ſi qs quēadmodum oſtēdēdę raritati: ita ſignificādę quoq; liberalitati non abſurde quadrare certiſſimū eſt. Exēpli namq; cauſa: iubet diues quiſpiam cumulatioribus auct⁹ theſauris clamoſa ſolliciti prȩconis voce hunc lōge lateq; perſonari ſermonē. Si quis ſe vel alimentis vel amictu aut etiam nummis carere moleſtiore fert animo viri illius notiſſimas petat ædes: voti cōpos extēplo futurus. Quis hęc audiens obſecro dubitare poterit voculam ſi qs oſtendēdę memorati diuitis liberalitati fuiſſe cōuenienter aptatā! Etem̄ qui ſi quis proclamari iuſſit nullum hominum genus nullam plane conditionem a ſua liberalitate ſecluſit. Nec diſſimile eſt quod a redemptore noſtro dicitur: ſi quis diligit me. Videtur enim dicere velle: rarus quidem eſt admodum q me p̄ cunctis ac ſuper omnia totis (vt ęquum eſt) viribus decernat amandum: cum ſit nemo qui non id facile poſſit efficere: ſi tantum munus a me feruenti perſeuerātiq; p̄ce cōtenderit obtinere. Cęterum quiſquis ad id doni puenerit: mox animę illius hortulus amœniſſimus: virtutū optimarū fructus pducet vberrimos: nec a tā læta fœcūditate quibuſlibet decurrētiū tēporum īteruallis areſcet. Si qs em̄ diligit me ſermonē meū ſeruabit. Nec refert ſeru⁹ ſit an liber: diues an paup: plębe⁹ an nobilis: ml'tiformis pit⁹ ſciētię

an literarū oīm prorſus ignarus: qn̄quidem nullū exclu-
dit hominū gen⁹ qd̄ nō ad optatiſſimā ſuauiſſimāꝗ mei di
lectionē (mō quotidianis obnoxiū ſordib⁹ purgare non re-
nuat aīm) iuuāte me ptīgere cōmodiſſime poſſe videatur.
Sed qd eſt optīe Chriſte cū tā īgēs pateat tāꝗ cumulat⁹
tuorū mādatorū aceru⁹: qd hoc īquā ē ꝙ vnitatis vtēs nu
mero ſermonē tuū ab his q te vere dilexerit promittis eſſe
ſeruādum? Sic em̄ loqueris q̄ſi vnū p̄cipias aliquid: a quo
pendeāt omnia: quoꝗ ſeruato reliqua veluti quadā natu-
rę ſponte facillime ſubſequātur. Et ita proculdubio ſe res
habet. Te namꝗ ſuper omnia diligi nō ſolū iuſte verūetiā
ineffabili quadā dignatione benigniſſime iubes. Quod q-
cūꝗ pfecerit vniuerſæ nimirū legis tuæ & venerator & ob
ſeruator fideliſſimus aptiſſime poterit inueniri.

Ex hoc potiſſimū turbulētos incōpoſitę mētis cōſur
gere tumultus: ꝙ minus fideliter minuſꝗ feruenter
amam⁹. Lāgueſcēte nāꝗ charitate fidē quoꝗ ac per
hoc qcqdē virtutū piclitari neceſſe eſt. Ca. IX.

MIſerū me imo vero miſerrimū ac penit⁹ i
fœlicē q nullis ſermonū laudiſonoꝝ vo
cib⁹ ęquabiles locupletiſſimę charitatis
opes icorrupto bonę volūtatis ignitęꝗ
pariter & iportunę poſtulatōis nūmovę
nales (dū ſupereſt tps) rediere negligo:
eaſdēꝗ laudabili quadā auaritia augere quotidie nō feſti-
no. Hic nāꝗ eſt (vt de reliquis iterim ſilēs/ de meipſo/ quē
meli⁹ exploratū habeo loquar) hic ſane eſt optīe chriſte nō
aliūde/ ꝙ nec ęquiſſimis māſuetioris regulæ nr̄æ decretis
alacriter obedire: nec emergētes ęgore aīmo tolerare mo-
leſtias: imo ne fratrē qdē/ ſi diſcordi paulū tardiori celerio-
rive cecierit ore/ nec pcacē iugi neqter iprobitate ſanctiſſi
mis tuis legib⁹ reluctari pgētē: inuicto triūphatricis rōnis

imperio domitare carnem: nec loquacem fortiſſimis inſo=
lubilis ſilentii frenis retinere linguã nec ĩportunius erũpẽ
tes inſaniẽtis irę cõpeſcere flãmas nec cæteris (vt aliquã=
do finem faciã) male cõpoſiti cordis motionibus quoquo
pacto viriliter ĩperitare ꝑmittor. Nõ eñ vt debeo diligo: ꝙ
ſi præſto vera charitas eſſet: nec horũ quicq̃ quæ modo cõ
texui te mitiſſime Ieſu largiẽte moleſtũ foret (q̃tũ equidẽ
credo ſpero cõfido) poſtrẽo nec illa cuius vl' noĩe ſolo dele
ctor cordi nr̃o votis ſemꝑ omnibus exoptata trãquillitas:
tãto tẽpore tã irreuocabili pertinacia ſe nobis ſubtraheret
atq; negaret. Tuus eñ ſermo ẽ tua ſentẽtia o venerãda ve
ritas ĩmutabili prorſus æternitate ſubſiſtẽs: ab ore inq̃ tuo
dulciſſimo profluxit hoc verbũ: oĩa poſſibilia ſunt credẽti.
Q; ſi nihil tã durũ poteſt tãq; difficile cogitari qd̃ nõ inte=
merata fide ꝑpollẽs animus impetrare credatur: qd ni ꝓcio
ſum quoq; beatæ trãquillitatis munus ĩtegra minĩeq; flu=
ctuãti fide poſtulãtẽ obtinere poſſe cõfidã? Sed vbinã talis
hoc nr̃o ꝓſertim nequiſſimo ſæculo fides poterit ĩueniri?
Tota proculdubio lãguet nõ apud turbulẽtũ mõ atq; ĩcõ=
poſitioris aĩmi vulgus verũ apud eos quoq; q religioſo cõ=
tecti cernũtur amictu. Exclamare nũc ꝑfecto licet: nõ dico
ciceronianũ illud o tẽpora o mores: ſed illud potius celeber
rimi patris Auguſtini quodã loco in hæc verba ꝓrũpẽtis.
Vtinã quo mõ dęmones iudicẽ ſic hoĩes agnoſcerẽt ſalua=
torẽ. Grauit admodũ hęc breuioris ĩtonat eloquii tuba: a=
deoq; terrifice vt ꝑmotis ĩterioris aĩmi vl' penitiſſimis ar=
chanis ꝓfuſi nõ ĩmerito de geminis oculoꝝ fõtib⁹ repẽtiũ
lachrymarũ latices ſcateſcere poſſint: ſi mõ valerẽt aliquo
cęcorũ marmorea terrigenarũ pectora terrore moueri. Vti
nã inquit quo modo dæmones iudicem ſic homines agno
ſcerent ſaluatorẽ. Quidnã ſibi velle putamus agnoſcerẽt
niſi crederẽt? Quicquid eñ de deo cõpertum habemus fi
de magiſtra nos erudiẽte didicim⁹. Et qdẽ quod ad dęmo
nes attinet: illi iuſtiſſimo regis ſummi iudicio ſeſe ꝓhẽni=

bus aliquando flammis arſuros indubitata fide credentes
horrore plurimo contremiſcunt; habent enim omni ſepoſi
ta dubietate perſuaſum: immutabilem veritatem mentiri
non poſſe. At vero mortalium pars non minima eo pacto
credit vt nec pungentibus timoris ſaluberrimi calcaribus
vrgeantur: nec expetendis menſureq; parande ſaluti om-
nino neceſſariis amoris diuini feruoribus incaleſcant. Ce-
terum vana fides eſt frigidoq; nimium torpore rigeſcens i
digna poſtremo q̃ fides debeat appellari: quã nõ erumpens
igniuome charitatis flamma ſuccendit. Vis ne lector idip
ſum tibi paucis oſtendi? Roget me quiſpiam: credam ne lu
centes polos: terras frugiferas: nauigerumq; mare: & quic-
quid in eis viget/ſpirat/viuit/rerum omnium parẽtem be-
nigniſſimum ſolius hominis cauſa: quem mirãda ratione
produxit/ineffabili quadam liberalitate creaſſe: ilico me
credere profitebor/nec quauis in hac parte dubitatione te-
neri. Subiungat autem pcunctator ille dicẽs: cur ergo tam
benefici patris non perſuaderis amore/vt ab equiſſimis illi-
us nolis reſilire mandatis? Hic plane victus obmuteſcã vo
lucremq; linguam confuſa conſcientia/ſtupenti faciet ad
herere palato. Profiteamur igitur ingenue quod cogit ve-
ritas ipſa fateri. Nõ enim credimus ſi non amamus. Siqui-
dem is demũ fide ſalutifera credit: quem feruentius amare
delectat. Porro quiſquis fideliter amat: nihil ſibi metuit/ab
eo cuius blandiſſimo retinetur amore negandum. Eadem
prorſus ratione de ceteris quoq; virtutibus diſputare lice-
ret eſſetq; declaratu pfacile virtutes omẽs nobiliſſimo regi
ne charitatis gremio cõtineri. Itaq; cũ citra charitatẽ (qd cre-
bro nos dixiſſe meminꝰ) leta neq̃at purioris aĩmi trãqui
litas obtineri: cũq; rurſus abſq; p̃clara morũ ſobole id eſt vni
uerſarũ foelici cõtubernio coetuq; virtutũ venerabilẽ eari
dẽ parẽtẽ nẽo ſibi poſſit vẽdicare charitatẽ: Sane cõſtat & il
lud qd in ſupiorib9 aſſeruimꝰ niſi q virtutes poſſederit om
nes/negcq̃ p̃ſtãtiſſima beate trãquillitatis dona ſperare

Exēplo ſaulis oſtēdit abiiciēdā eſſe cōfidētiā: & cū ti
more diuio cōſeruādę charitati operā ꝑpetuā īpendē
dā. Et primum quidem examinat quidnā ſibi velit ꝙ
ſaul dicatur electus. Cap. X.

CAeterū quiſqs in id ſtudii totus īcumbit
vt ad augēdas beatę charitatis flāmas op
portunā quotidie q̄ta valet induſtria ma
teriā colligat: ſalutiferas videlicet cogita
tiones: opa ſancta glorioſa morum geni=
trice charitate ꝓcreata: deditaſqꝫ deo mē
tes vi quadā occulta ad imitādū pertra=
hētia: ſermonē poſtremo vigilātius examinatū nihilqꝫ qd
tacuiſſe p̄ſtiterat qd ve purgatricibus dolētiū lachrymarū
detergi oporteat vndis: īſulſe reſonātē: quiſqs inq̄ in hoc ſi
bi potiſſimū elaborādum arbitrat̄: vt talia præſto ſint ſem
per nec ierti ſubrepēte torpore celerius euaneſcāt: is nimi=
rū vna fœliciter opa ſumptuoſam ſibi delicioſę cōparat trā
qllitatis margaritā. At vero ſi in hac tā laudabili tāqꝫ neceſ
ſaria exercitatione paulatī tepeſcere cœperit: mox formidā
do miſer horrendoqꝫ nimis periculo ꝓpinquabit. Quod vt
manifeſtius eluceſcat: ſaulē illū fideli ſi libet memoria repe
tamus: q iubēte domino hębreis populis regis nomine pri=
mꝰ īperauit. Nec ſtudioſa nos īdagine ſcrutari pigeat q̄to
illū p̄conio priuſq̄ regalia ſceptra ſuſciperet: īdubitata cœ
leſtis ſcripturę teſtimonia ꝓſequātur. Etem̄ de parētis ip=
ſius nomīe facta mētione (Cis em̄ vocabulo nūcupatus fu
iſſe ꝓhibetur) mox ī ſingularē ꝓgenitę ſobolis cōmenda=
tionē hęc verba ſubdūtur. Et erat illi filius nomine ſaul ele
ctus & bonꝰ & nō erat de filiis Iſrael melior illo. Nō eſt hęc
hiſtorici cuiuſpiā vel ꝑ affectata fauētis aīmi volūtate vel
hominū varia ſentiētiū (quorū leues plęrūqꝫ ſolēt eſſe ſen=
tētię) parū fideli relatione litteris mandata laudatio. Ser=
mo breuis eſt ſed ab eo prolatus ſpiritu q nec falſum nec du
bium nec ſupfluū quippiā cōtexere nouit. Erat inquit ele

ctus & bonus. Sed quonã mõ credi q̃at electus qui deſerta
tãdem charitate ab oprimi dei meruit ĩmenſa bonitate re
pelli! Electos em̃ quoties ſcriptura cõmemorat: eos & q̃dẽ
ſolos vult ĩtelligi: q q̃tiſlibet hoſtiliũ ꝑlioꝝ cõflictib⁹ appe
tant: vici tñ neſciũt. Qꝫ ſi forte nõnũq̃ velut obſcura qua-
dam cęcati caligine aut infirmitate propria: aut inimici cal
lidioris iniqua circũuentione labaſcunt: illico tamen ad ſe
metipſos vnde peccando male digreſſi fuerant: mitiſſimo
diuinæ pietatis oculo cõſpecti; pœnitendo ſtudioſſime re-
uertuntur. Quid cauſę eſt igitur vt electum illum menda
cii nihil admixtum habens ſcriptura cõmemoret: qui poſt-
ea q̃ dominum ſemel offẽdere cœpit q̃q̃ ſe peccaſſe nõ iret
inficias: propheticaſqꝫ preces tãq̃ ſui apud altiſſimã dei ſũ
mi maieſtatem cõciliatrices flagitare videretur: ſupernę ta
men voluntati pertinaciſſime reſtitit: atqꝫ ad beatas diui-
nitus electorum manſiones aditum ſibiipſi vecors ac veſa-
nus totus intercluſit! Vocatus itaqꝫ ſaul non electus fuit:
qui cũ reclamante deo: libidini proprię morem gerere: tota
mẽtis auiditate perrexit: hoc egiſſe ſtudioſi⁹/hoc omni cu-
raſſe induſtria viſus eſt/ne qua poſſet ratione beato cœlit⁹
electorum contubernio ſociari. Quid ergo dicimus! Quid
ſibi vult quod dicitur erat electus! Nempe cum electũ hoc
loco prędeſtinatum manifeſta ratione prohibeamur accipe
re: fatendum eſt omnino prolatam pauloante ſententiam
vſquequaqꝫ non poſſe defendi. Falliqꝫ eos qui quotieſcũqꝫ
electi vocabulum inſonuerit/aſcriptum cæleſtis curiæ ciuẽ
intelligi debere arbitrantur. Electum igitur hoc loco acci-
pe Saulẽ vel ꝙ electionis diuinæ ſententia in iſraelitica pla
be/regalia primus ſcæptra geſtarit: vel electum. i. eleganti
prorſus atqꝫ egregia protenſi corporis forma. Erat enim ſta
tura vſqꝫ adeo procera/vt (quemadmodum ſcriptum eſt)
ab humero & ſurſum ſuper vniuerſum populum emineret.
Niſi forte ob id potiſſimum dictũ putamus electum/ꝙ tan
to veræ ſimplicitatis nitore fulgeret: vt ſi quis eius mores

honeſtaq; ſtudia paulo diligentius inſpectare voluiſſet inter electos non imerito numerādum haud difficile iudicaſſet. Sic enim & Iudam illū ſchariothē priuſq̄ ſacrilegū nefādiſſimi ſceleris conciperet auſum: in ipſis ſuæ vocatiōis exordiis religioſiſſime conuerſantem: cæleſti plenus numine propheta cōſpiciēs: atq; in ipſa noſtri redemptoris perſona alloquēs: hęc verba protulit dicēs: tu vero homo vnanimis Qui ſi vera decorus vnanimitate perſtitiſſet: profecto in regia ſummi principis domo: perfecta donat⁹ fœlicitate perenniter habitaſſet. Nam alio loco memoratus ait propheta: deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. Quemadmodū igitur memoratum ſchariothem ad apoſtolici culminis ſublimia vocatum faſtigia: hominem vnanimem ſermo propheticus appellauit: cum tamen eū liquido conſtet vnicordem optimorum collegarum pacem vix breui cuſtodire tempuſculo potuiſſe: ſic & hoc loco electum ſaulem interpretari nihil vetat: qui donec accepto ſolii regalis honore: vane prorſus atq; inconſulte turgeſceret: ab æterni cōditoris amore ſuauiſſimo (ſine quo bonus eſſe nō poterat) non receſſit. Hæc itaq; (quantum equidem ſentire permittor) p̄cipua cauſa eſt: cur vnanimem Iudam electumq; ſaulem dixerit ſpiritus ille veritatis: qui ſingula quæq; diuinarum litterarum verba: mira ſenſus vbertate fœcūdat: vt luce clarius oſtendatur: liberrima vtriuſq; voluntate factum eſſe vt alter ab vnanimi cōtubernalium fœdere mox p̄cul abſcederet: alter ab honeſtiſſima prioris vitę religiōe ad ambitionem faſtumq; cōuerſus ſemetipſum neq̄ſſime ſeparet.

Totū locū diligentius exponit quo de ſaule dr̄: erat eñ elect⁹ & bon⁹: & nō erat vir de filiis iſrāel melior illo. Oīa aūt eo tēdūt vt cōſeruādæ charitati totis viribus intendamus: ſine qua tranqllitas poſſideri nō pōt.

Cap. XI.

De animi Tranquillitate

SI qua tñ ad hūc ꝑtinētia locū quadrātiora lector inuenis: noſtra (q̄d tibi ſēper eſt integrū) velut infirmiora deſtituēs: ſolidioribus prudēter adhęreto. Cæterū ſingularis illa vniq; tātū cōceſſa ꝓceritas: ꝗdnā ſaul ipē: ſuſcepto potiſſimū regno curare deberet p̄clare admodū (ſi ꝑſpicax illi fuiſſet oculus regniq; ꝑpetui cupidus) admonebat. Erat. n. ſollicitudine vigilātiſſima laborādū: vt in ſalutifera diuini metus ſubiectione ꝑſiſtēs populꝰ tenaciq; fraternæ pacis vinculo colligatus: nihil temere cōtra ſuꝑnas leges: nihil impudēter auderet. Hoc. n. humeri illi ſublimes ꝗbꝰ ferūt onera: ꝗbuſq; ſe reliquos oēs ſuꝑgredi ꝑſpiciebat: loquaci quodā nutu clamitare videbant. Porro matura ſemꝑ apd illū p̄ cęteris cōſilia: ſubiectæq; reipublicæ ſaluberrima reꝑiri decebat. Hoc nāq; caput illud (quo rōnē plærūq; ſacra ſignificare ſolent eloquia) cęterorū verticibus altius/erectius/atq; ſublimiꝰ/ manifeſte ſatis hortabat. Ad hæc aūt dona iuuāte dn̄o pertingere cōmodiſſime poterat: ſi radicādę cōſeruādæq; charitati quotidiana ſollicitꝰ īpēdere ſtudia voluiſſet. Hoc autē q̄ facile factu fuerit: mēorata diuinæ cōmendationis verba teſtant. Erat em̄ vt dictū ē electꝰ & bonꝰ. Breue ꝗdē vocabulū bonus: ſed tā p̄ſtāti ſignificatiōe donatū: vt qſqs talis euaſerit atq; ꝑſtiterit: a cōſūmata neq̄at electorū fœlicitate ſecludi. Ob id enim diuinꝰ ille pſalmographꝰ imo vero ꝑ illū ſpūs ſanctꝰ vnicuiq; ineffabilia māſurę beatitudīs p̄mia cupiēti ꝑſuadere conatur dicēs. Declina a malo & fac bonū. Q̄d ꝑinde ſe habet acſi dicat. Caue malus ſis: & eſto bonꝰ. Porro hoc ipſū ſi paulo extēſius enūciare volueris tale aliquid erit. Quęcūq; rectiſſimis æterni regis decretis cognoueris eſſe contraria: ab his tanq̄ venenis peſtiferis curato procul abſiſtere: q̄ vero eiſdē cōſentanea ꝑſpexeris eſſe: ea nō ſolū beneuolēter amplectere: verū in his quoq; temet

ipſũ & viriliter & perſeueranter exerce. Q^d^ qcũq; cæleſti iuuante fauore pfecerit oĩ pculdubio pulcherrimarũ nitore virtutũ in illo diuinæ maieſtatis cõſpectu decorus apparebit. Nõ igiť tenuiter commendať: q veridico ſanctiſpũs ore bonus fuiſſe phibetur. Illud vero quale putamus eſſe quod ſequitur: & non erat vir de filiis iſrael melior illo! Et quis pcor illa iuſtiſſimi ſamuelis ſæcula cõtemplatus: ſub quo trãquillum prophetarum calcato ſæculo diuinis inhærẽtium laudibus viguiſſe chorum ſacra tradit hiſtoria: quis inquã minus libẽter crediderit ea tempeſtate in illa duodenæ ſtirpis ingenti numeroſitate fidos veroſq; ſupernæ maieſtatis floruiſſe cultores! Et tamen audis non erat vir de filiis iſrael melior illo. Quod profecto tale eſt acſi verbis aliis ita dicatur. Nemo in illa triumphantium virtutum præclara celebriq; palæſtra tam exercitatus euaſit: qui apud æquiſſimum rerum omnium æſtimatorem deum vni ſauli præferendus eſſe putaretur. At non deerunt fortaſſe qui nos hęc ipſa diuinæ laudationis eloquia & præſertim verbum electus penſiculatius ęquo rimari: atq; in maius extollere iudicantes: vulgatas illas notiſſimi lyrę cõmentationes nobis obiectandas arbitrentur. Siquidem ad hunc locum veniẽs: eumq; ſuo more pertractans: expoſiturus aliquando quidnã ſibi velit electus: hæc habet verba. Electus inquit id eſt ſine notabili macula vitiorum. Probe nimirum: bene iam res habet. Equidem quod ad verba pertinet ea mutare noluí: quin potius (ne cui forte latini ſermonis ignaros habere cõtẽptui credar) integra libens ſaluaq; reliq. Nõ.n. poſſũ graues examinataſq; ſentẽtias nõ libenter ãplecti: q̃talibet barbarie ſordidatę videantur. Sed queſo te quiſquis eo es ingenio: vt nullo vel fauore vel odio rapt⁹: oblata cęleſtis paginę ſenſa: ſimplex prudẽſq; diſcutere noris: q̃ſo inquã te dignus ne tibi videť quẽ electũ grauiſſima diuini ſpũs debeat appellare cẽſura: qui pręſentis vitæ curſum eo pacto trãſegerit: vt nullis manifeſtioris infamiæ publicive dedecoris

ſtigmatibus inuratur! Hoc em̄ qđ dicitur ſine notabili macula vitiorum: ſibi velle videtur. Quod ſi aliud aliquid in his verbis lateat: īgenue profiteor me lyranā non intelligere linguam. Cæterū ego iamdudum mihi ꝑſuaſi electi vocabulū ſingularis aliquid excellētię prę ſe ferre: verū & vir ille nō ineptus qualiscūqꝫ ſit nomine: cuius interpretationē ordinariam vocāt: qui delectas catholicorum patrū ſententias accurate cōgerēs: eaſqꝫ (vt erat īgenio minime cōtēnēdo: decēti filo connectens) vniuerſos ſacrorum voluminū libros cōgrua ſatis explanatione ꝑluſtrauit: ſuiqꝫ laboris egregia cūctiſqꝫ perpetuo ſtudioſis amplectenda monumēta reliquit: ille inq̄ quē non īmerita proſequimur laude: locum hunc attingēs: tam magnificas laudes excellentiores exiſtimat: q̄ vt ſępe iam nominato ſauli rite cōgruere poſſe videantur. Eaſqꝫ chriſto rectius conſecrandas arbitratur: vt pote de quo perennis filii ſempiternus genitor per prophetam quēpiam locutus ſit dicens. Hic eſt puer meus electus. Quod tāetſi vere ſancte religioſeqꝫ dici certiſſime cōſtat: quid tātopere tamē ſaulē exhorreſcimus: priuſq̄ faſtu regio demens intumeſceret: arduę pręcelſum virtutis culmen aſcendiſſe fateri!

Qꝫ ſublimi virtutum faſtigio nondum tranſgreſſ⁹ ſaul cōſtiterit: ex ſamuelis verbis (q eū rara ſemper humilitate fulſiſſe memīt) apte demōſtrat: vt infœlicem contemplantes exitū in timore diuino charitatem conſeruare pergamus. Ca. XII.

REpetamus memoria (ſi libet) quibus eū verbis (poſtea q̄ diuinę iuſſioni: populo q̄q̄ male cōſulenti diſplicere nolēs parere cōtempſit) glorioſus ille ſamuel ſit affatus. Nōne inquit cum paruulus eſſes in oculis tuis caput in tribubus Iſrael factus es! Poterit ne quęſo parua cuiq̄ pro

pheticæ:imo veræ diuinæ cõmendationis laus tanta vide
ri? Q̃q̃ hæc ipſa non illius cõmendandi gratia dicuntur:q
ſuperni regis latarumq́ ab eo legum ſacratiſſimarum de=
ſertor impius eſſe non timuit : quin potius ob id potiſſimũ
talia propheta cõmemorat : vt eum doceat tẽporali regno
minime fuiſſe priuandum:quinetiam imperio donandum
perpetuo:ſi virtutes quas vna genuerat charitas : ſalutife=
ro ſemper coniuncta timori fœlici perſeuerantia terminare
ſollicite ſtuduiſſet. Verum vt quo cupimus cœpta proue=
hatur oratio : prophetica pauloante prolata verbula dili=
gentius indagemus. Nonne inquit cum paruulus eſſes in
oculis tuis. Quid hoc eſt fratres? Quidnam ẽ in oculis pro=
priis eſſe puſillum? Latet ne queſo tantæ virtutis nomen?
Eſt ne ea quam ſic beatus ſamuel circũloquitur reginæ cha
ritatis vel prima pręcipua ac laudatiſſima proles illa prę cũ
ctis deo ſemper accepta virtutibus:nihil de ſe grande:nihil
altum ſentire docta :nulli ſe præferens:nemini comparans:
quinetiam inferiorem cunctis ſtabiliſſima conſentiẽtis ani
mi ſentẽtia ſeſe ꝓnunciãs:ĩgenui plena pudoris:fida ſecre=
tę ſolitudinis amatrix vniq́ ſibi proſpiciẽs ſẽp atq́ inten
dẽs humilitas? Nõne in hac redemptor ipſe noſter a primis
noſtrę ſalutis exordiis:ad vltimam vſq́ cõſũmationem cũ
ctis æternæ vitæ cupidis imitabilem ſeſe præbere curauit?
Nõne ſtudioſiſſimos quoſq́ illius ſui cæleſtis auditorii fre=
quentatores huius tantæ virtutis eiuſdẽq́ germanę pror=
ſus indiuiduæ:dulciſſimæ dico manſuetudinis poſſeſſores
efficere cupiebat cum diceret:diſcite a me quia mitis ſum:
& humilis corde? Nempe talis ac tanta eſt hæc ipſa:q̃to de
iectior tanto expeditiore volatu ſublimia petẽs humilitas:
vt quiſquis ea relicta congerendis virtutibus inuigilare vo
luerit:ſeipſum patenter irrideat : nihilo plus facturus lucri
q̃ ſi odoratiora quælibet aromata plurimo redempta ſum=
ptu:inq́ tenues ac minutos contrita puluiſculos explicato
gremio ferens diſpergenda reboantibus vehementiore fla=

tu ventis exponat. Sed quid ago? Multo nāq; appoſitior lō
geq; ſignificantior: ea eſt ſententia quam venerādus pater
Gregorius: illa ſua diuina breuitate: modulatꝰ expreſſit di
cens. Qui virtutes ſine humilitate congregat quaſi pulue
rem in ventum portat. Aptiſſima ſane comparatio. Nā ve
luti puluis ſinu geſtatus patulo: modico concitati turbinis
impetu facile in portantis impellitur oculos: eorumq; cali-
gare faciens acumen: omnem pſpicacius intuendi repente
tollit & adimit facultatem: ſic virtutes quoq; manſuetę pa
tiētis modeſtęq; ſemper humilitatis expertes: in leuiſſimū
cinereę vanitatis puluerem conuerſæ: inani flante turgidi-
oris ſuperbiæ vento: mentis excęcant oculos. Fitq; miſera-
biliter vt is qui relicta ſacræ humilitatis modeſtia: nihil eſt
effectus: propriis deceptus tenebris: ſibi modis omnibꝰ nō
nihil eſſe videatur. Eſtq; prorſus neceſſarium: vt vel ad cor
rediēs ſe nihil fuiſſe dolens perſentiat: vel (quod dictu terri
bile eſt) in illa ſua ſpontanea cæcitate pſiſtens in ima detru
ſus tartara: ad aliquid nihilo peius infœliciſſime redigatur
Sed quorſum hæc omnia dicit aliquis? Nempe vt manifeſti
us eluceſcat q̄ facile ſauli fuerit beatꝰ electorū cœtibus ag-
gregari ſi partæ iam humilitatis: qua decori mores omniū
optime conſeruantur: cęterarumq; virtutū: in quibus mul
to iam tempore verſatus fuerat detrimentoſam omnino ia
cturam non ferens: inter inſolita ſeruientiū famulorū obſe-
quia: inter eatenus inexpertos quotidianæ veneratiōis ho-
nores: īter plauſibiles pp̄li magnificātis acclamatiōes: īter
ſtipātes poſtrēo comitātiū militū miniſtrorūq; cateruas:
inæſtimabilem diuinæ charitatis gemmulam aureis ſuper
ni timoris calcaribus ſtimulatus amittere timuiſſet. At nō
eſt ita factum: obtinuit enim inſana fluxæ dignitatis ambi
tio (illo nimirum tartareo fabro tetras inconſultæ cupidi-
tatis prunas ſuccendi iam cœptas continuatis flatibus ve
hementius igniēte) vt poſthabito deo propriaq; ſalute ne-
glecta: illecebroſos plauſus oblectantis honores: tempora-

riamq; fugacis regni potentiam: quæ nulla ſiſti ratione poterãt retinere miſer ſtultiſſime niteretur.

Falli q̃plurimum eos qui ſibi de ſanctę cõuerſationis obſeruatiõe quoquo pacto blandientes ſecurius agunt: quandoq̃dẽ nullus tã ꝓcelſus eſt ſanctæ charitatis apex a quo non poſſit negligẽs perfacile deturbari. Cap. XIII.

INter hæc autem ad me ipſum redeo: mihi nanq; tam horrendi caſus canora crepitat tuba. Reuocandi mei neſcio qua veſana ſecuritate torpentis atq; ad viriles aſſidui certaminis auſus incitãdi cauſa ſtrepit. Quid enĩ nobis fruſtra blãdimur quaſi iam tuta ſint omnia tam ego q̃ vniuerſi meo more victitantes? Sicubi tamen vel terrarum vel gentium mei forte ſimiles poſſunt inueniri. Quid inquam nos ipſos ſuſpicimus: tale aliquid cum de repellenda confidentia a quoq̃ forte diſputatur: intra noſmetipſos cogitanm9: tes? Religm9 ſæculũ: abdicauim9 diuitias: honores ꝑieci contmepſimus voluptates: atram hanc quolibet precioſarũ veſtiũ genere: pluris ęſtimamus facimuſq; cucullã. Oluſcula vilia: quæq; tenui parantur aſſe legumina ne regalibus quidem (ſi forte prçſto ſint) epulis mutanda facile cenſeamus. Saporiferum nobis multigenę carnis interdixim9 eſum: quem & dexterioris amicum valetudinis & prurienti palato conſtat eſſe gratiſſimũ: pallidulæ tãtũ famis: duriſq; brumæ rigidioris vtcũq; ꝓpulſatis aculeis contenti ſumus. Plumigeras culcitras & lĩteamina mollicula duriore grabatulo vilibuſq; gaudemus mutaſſe ſtramẽtis. Licebat olim amœniſſima quęq; inuiſere loca: animiq; ſecedere cauſa quocũq; liberior tuliſſet volũtas: at vero nũc ãguſta petiti mõaſterii tecta nos cõtinẽt: ipſi nãq; nob[oẽm huc illucq;

pro libito cõmeandi præcidimus facultatem. Mancipiis olim noſtris imperitare cõſueuimus: nunc facta rerum viciſſitudine nobis alii dominantur: quandoquidem non tam noſtro q̃ alieno delegimus arbitrio gubernari. Maximã luciferi tenebroſiq; temporis partem in modulãdis omnipotẽti regi pſalmis hymniſq; conſumimus: dumq; iugis laudatę rei perſeuerentia placet: & impar crebriori vociferationi ſtomachus: & ipſa ſenſim prolixiori ſtatione tam crura q̃ ilia fatigãtur: Vincit dierum numerus ille quo ſola nos prandia paſcunt: eum qui vergente paulatim ad occidua ſole frugalem opportune fratribus cœnulam elargit. Addeq; omni tẽpore taciturnitati tã ſolerti nobis eſt cura ſtudendum: vt non ab ocioſis tantum fabulis quibus ipſa per ſe veritas horrificam eſt extremi iudicii comminata cenſuram verum ab honeſtis quoq; religioſiſq; ſermoĩbus ad cõſeruãdam maturioris ſilentii grauitatem linguam frequẽter oporteat ĩhiberi. Et quidem hæc omnia aliaq; nõ pauca (quæ tũ prolixitatis: tum iactantię vitandę cauſa ſupprimere præſtat) ĩ illuſtriſſimis magni patris benedicti caſtris militãtes ſaluberrima tãti ĩperatoris ſequentes edicta toleramus. Multũ eſt fratres: ĩmo vero q̃plurimũ. Vnum ſupereſt ſcilicet: reſtat ĩnq̃ vt ob hęc omnia fidis ꝓmiſſa militibus præmia ſuo tempore capiamus. O prorſus ĩfœlices nimiũq; pernicioſe reſeratos oculos qui talia cõtuentur. O certe largioribus deflendam lachrymis cæcitatem. Intueri magis oportebat ſub viridãtibus hærbis anguem plærũq; peſtiferũ latitare ſolere: lætifera dulciori melle venena miſceri: auratiſq; phaleris ĩutilis interdum equi ſenilia terga perornari. Quęris fortaſſe quo pergã: ſequere quęſo (ſi vacat) vt videas atq; cognoſcas. Nihil eñ facilius q̃ ſub his exterioribus ornamẽtis maximã ineptiarum noſtrarum ignorãtiam: quodq; dictu terribilius eſt: inſenſibilem quendam occuli cęlariq; torporem. Quis enim ex nobis tãta ſibi prudentia moderatur: tam ſimplicibus cuncta ſpectat ocęllis:

tanta defœcatę mentis puritate cādeſcit: tam maturos tā
ꝗ nulli obnoxios rep̄henſioni ſermones ſemper eloquitur:
tanta poſtremo geſtorum laudabilium claritudine fulget
vt de illo diuina pronunciet ſententia non eſſe virum de fi
liis Iſrael eo meliorem? Hoc eſt (vt aliis vtar verbis) quis tā
exacte vires metitur proprias: eaſqꝫ tanto ſtudio diuię con-
ſecrat obſequio maieſtatis: vt inter eos qui ſic vitam agunt
ne quando poſſint ab æterna beatorum fœlicitate ſecludi
aut inter illos ſaltem qui ſub triumphalibus inclyti ducis
Benedicti ſignis hac noſtra militāt tempeſtate: cœleſtis ar
bitri dictante iudicio: ſe vno meritis præſtantiorem habe-
at neminem? Nempe quiſnam ſit ille: ſoli rerum omnium
inſpectori non ambigimus eſſe compertum. Interim vero
(quod intrepidus affirmare non dubitem) difficile eſt ad-
modum: vt qui tāto virtutum nitore decorus euaſerit: ip-
ſe ſibi nocticolor totus & ne minima quidem religioſę vitæ
facula ſplēdeſcere videatur. Talis autem erat Saul ille de
quo (vt nōnullis fortaſſe videbitur) ad faſtidium vſqꝫ ver
ba protraximus. Neqꝫ enim erat vir de filiis Iſrael melior il
lo: et tamen cum talis ac tantus eſſet: in oculis ſuis paruu-
lus erat. hoc eſt (vt aliter dicamus) q̄q̄ ditiore virtutum
ſegete mentis illius pinguior cultiorqꝫ exuberando luxu-
riaret agellus ipſi tamē aridulus totus nihilqꝫ bonæ frugis
proferre videbatur. Verum hęc inter omnia vano tandem
concidit delectatus honore. I nunc quiſquis paulo ſuperius
memorata magni pēdis ornamēta. I nūc inquam & reiecto
metu (ſi videt̄) ſecurus incede. Saul ipē (vt modulatis glo
rioſi patris gregorii verbis vtar) in bono quod cœperat nō
permanſit quia faſtu poteſtatis ītumuit. Nos autē fratres
q̄d refert hac an illa vł cauſa vł occaſiōe labamur: mō a cha
ritate ſaluifica reſilire contingat? Metuendum eſt itaqꝫ iu-
giter & quotidiana ſollicitudine neceſſarius dei fratrumqꝫ
radicandus amor: vt vna poſſit opera deſiderata quoqꝫ trā
quilitas ſtabiliri.

De animi Trāquillitate.

Cum delectatione deum ī p̄paratis electorum cordibus habitare: ipſo ꝑſitente ac dicēte delicię meę eſſe cū filiis hominū. Qua ex re facile poteſt aīaduerti charitatē trāquillitatemq; tāta neceſſitudīe iūgi: vt altera nequeat ab altera ſeparari. Ca. XIIII.

IMperāte nanq; charitate & illa ſua diuina moderatione (quid enim non diuinū cœleſtis charitas operatur?) vniuerſum fidelis animę regnū inoffenſa rectitudine gubernāte: nihil illic tumultuarium: nihil incōpoſitum: nihil obſtrepit turbulentū: quin potius vnanimi pace cūctis fœderatis affectibus: imota fœlix animus tranquillitate lętatur. Fœlix inq̄ immo vero terq; quaterq; beatus: vtpote in cuius intimis penetralibus ſummus ille rerū parens princeps moderator & author: ſeſe non beneuolenter modo: verum & delicioſe conquieſcere profitetur. Delicię meę inqt eſſe cū filiis hominum. O verbum dignationis eximię. verbum dulcedinis diuinæ: verbum ſuauitatis nectareę. verbum quod vel gelatiſſimis liquefaciendis pectoribus efficaciſſimum iure debeat īueniri. Delicię meę eſſe cū filiis hominum. Cuius eſt obſecro mellitus iſte ſermo: omnem beneiunctarum vocum concordiam: omnem organorum muſicorum harmonicam longe ſupergrediens modulationem? Eſt ne domini dei noſtri cui parū videtur: ineffabilē ſuū erga humanum genus amorem innumeris patefacere teſtimoniis: niſi & illum verbis q̄ dulciſſimis eloquatur? Delicię meę eſſe cum filiis hominum. Ergone rerum creator potētiſſime ſufficientiſſima virtus: indeficiens copia: cōſummata beatitudo rei nullius indiga: neſcia minui: neſcia cumulari abundantia: ſempiternis ſcatens diuitiis egentibus hauriēda ſemper: exhauriēda nunq̄: ergone inq̄ tanti pau

perculos hominum filios ęſtimas:vt cũ illis eſſe: cum illis
verſari imo vero in illis requieſcere:ac velut in electo quo-
dã ſolio reſidere:tuas eſſe delicias ĩdubitato ſermone: hu-
manis mẽtib⁹ characterib⁹ aureis ĩſculpẽd o dignãtiſſime
profitearis! O nos ſupra q̃ vel dici vel cogitari q̃at ĩfœlices
o nimiũ nimiũqꝫ miſeros:o plane infauſtos:ſed et ipſo vita
lis aurę munere prorſus indignos: ſi non ipſi quoqꝫ ſumma
rũ deliciarũ loco ducimus:te parẽs optĩe ędicularũ noſtra
rũ id eſt animorum patremfamilias: fidumqꝫ benignũ ac
ſtatũ habere moderatorem:cuius nimirũ admirabili diſpo
nẽte prouidentia & bona pręſto ſunt omnia:nec quicq̃ no-
cere poteſt aduerſi. O ꝓfundã nimis ac penitus execrãdam
quorũdam miſerorũ mortaliũ ſurditatẽ quorum infœlici-
ter obturatas aures eloquia tam ignita: tam aculeatæ ſen-
tẽtię:tam ſtimulãtia verba: tam viuaces animatiqꝫ ſermo
nes omnino penetrare nõ poſſunt. Quis enim o regum cle
mẽtiſſime: quis ali⁹ inquã illud ĩcõparabilis blãdimẽti ver
bũ:quo tuas ĩ eo cõſiſtere delicias vt ĩter hominũ filios ver
ſari valeas dulciſſime ꝓteſtaris & auribus audire ſanis & ĩ
tegra fide ſuſcipere iudicãdus eſt:niſi q tãta audita dulce
die totus obſtupeſcit:totus afficitur:totus ĩ te trãſuolat at
qꝫ raptat̃! Delicię meę eſſe cũ filiis hominũ. Nonne hoc ip-
ſum ſuauiſſime redemptor perinde ſe habet: ſi aliis vtens
verbis ĩ hãc erũperes exireſqꝫ ſentẽtiã! hę mihi delicię: hæc
delectatio:eademũ non mediocris eſt voluptas:vt oĩ bono
humana plenius valeat creatura ditari: Quę cũ ita ſe habe
at quis vnq̃ ambigat quin oĩno velis cupiaſqꝫ vt p̄ſtantiſſi
mũ quoqꝫ pacatæ trãquillitatis munus (quæ conſumma
tę beatitudinis eſt portio maxima) perpetua nobis aliquã
do poſſeſſione vendicemus! Delicię meę eſſe cum filiis ho
minum. Gratias tibi pater optime: quantas te largiente
licet & ago & habeo: qui inęſtimabilem tuam erga genus
noſtrum charitatem: tam manifeſtis tamqꝫ blandis elo-
quiis nobis vermiculis infimis aperire voluiſti.

Filios hominum cum quibus delicioſe verſat̃ deꝰ homines gemina charitate flagrãtes ĩtelligi oportere. Beatę vero dilectionis immunes: creaturis ratione carentibus inanimiſqꝫ ſaxis eſſe deteriores. Cap. XV.

VNum nobis veſtigandum video fratres Quærendum eſt enim quoſnam præſertim hominum filios diuinꝰ hoc loco ſpiritus putauerit accipiendos. Nouimus enim nonnullam eſſe terrigenarum ſobolem ſupernæ maieſtati nec gratã: nec placitã: ſed exoſam potius atqꝫ deſpectã: quippe in quã cæleſtis inuehitur pſalmographus dicens: filii hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Hi ſunt homines animales pręcipites/effrenati: ſenſuum ſequẽtes impetus: atqꝫ a præclaris luciferæ rationis ſplendoribus lippientia lumina ſtultiſſime diuertentes: de quibus beatus proteſtatur apoſtolus dicens: animalis homo non percipit ea q̃ ſũt ſpiritus dei Non eſt itaqꝫ ꝙ immutabilem ſummi patris ſapientiam cũ id genus hominibus hominumqꝫ filiis quoquo modo deliciari aut poſſe/aut velle credamus. Alios igitur homines: alios hoĩm filios charitas ſibi quærit æterna. Poſſumus ne tamen interea noſſe cuiuſmodi ſibi mortalium prolem deus ac dñs noſter illa ſua mũifica ſemp liberalitate miſericorditer eligat atqꝫ ſeponat: vt cum eam in cęleſtem ac diuinã tranſtulerit ſobolem cum illa: delicioſa quadam familiaritate verſetur? Poſſumus profecto ſi paulo diligentius inqrere non grauemur. Hoĩem nãqꝫ animal eſſe ratione pręditum: incompertum habet nemo. Sed nihil affert vtilitatis adiutrice ratione: a bonis mala ſecernere: a falſis ſequeſtrare vera: ab honeſtis inhoneſta ſegregare: niſi & eandem ipſam rationem humanæ vitæ ducẽ optimã: quaqꝫ ſola a brutorũ cõditiõe natura nr̃a ſeiungit: & ſemper nobis & vbiqꝫ

decreuimus eſſe ſequendam. Quid autem rationi magis cōſentaneum q̄ vt eum totus diligat homo cuius ſeſe ięſtimabili dono cōſiſtere: moueri: ſpirare: viuere: diſcernere: intelligere ſapere: bonis augeri quotidianis: & ad vltimū (quod omnium maximum eſt atq; pulcherrimum) ad æternas poſſidendas diuitias non ambigit expectari: Homines igitur nō abſurde optimi clementiſſimiq; dei fidos ac ſtabiles accipim⁹ amatores. Nam qui vitalia viuificę charitatis munera neſcit: hominis profecto nomē falſo fruſtra ꝑ ſortitur. Nemo enim q̄libet exili fuerit ingenio: exanime rationalis creaturę cadauer homīs appellare vocabulo cōſueuit. Qꝫ ſi cadauer humanum: hominem fateri renuimus: conſequens eſt omnino vt eum qui beatę charitatis inanis exiſtit (cum ſit abſoluta ſpiritus ſancti per apoſtolū Ioannē pronunciata ſententia eum qui non diligit: in mor te manere) hominem eſſe conſtanti definitione pernegemus. Vt igitur abſolute dicam homīes magiſtra charitas facit ſed id gen⁹ homīes qui priſcorum more patrum: dei homines appellari mereantur. Nam quiſquis amore: conatibus indefeſſis altiſſima queq; petente ad ipſum vſq; deū ſublatus non fuerit in infimis agens atq; perſiſtēs: nō tam rationale animal eſſe q̄ creaturarum omnium īfœliciſſima indubiis conuincitur argumentis. Huius itaq; charitatis ampliſſimis opibus ſup omnē fului candidioriſve metalli nitorem: ſuper ebur indicum: ſabęa thura: omnigenaſq; gēmas prudētiſſimo cuiq; ſemper expetendis: magnifice locupletatos fuiſſe non ambigimus quotquot diuinis aliquando ſacrarum litterarum teſtimoniis commendari meruere. Nos igitur cum eos quos ampliori charitate flagraſſe didicerimus: tota nobis ſolertis animi vigilātia proponimus imitandos: (quorum proculdubio īuiolabili iure primatum tenet redemptor noſter dulciſſimus: cuius inexhauſta charitas nec vllis explicari ſermonibus: nec vllo cogitatu tota valet appręhēdi) hominum filii a domio vo

cari cenſeriq́ꝫ meremur. Nec qualeſcunq́ꝫ filii ſed tales cum
quibus familiarem habere conſuetudinem rerum modera
trix omniũ glorioſa ſemper ac veneranda trinitas: non mo
do ſibi non arbitretur indignum: verum etiam præcipu
cuiuſdam (vt ita dixerim) voluptatis habeat loco: in illo
rum amatoribus animis regalem ſibi conſtituere ſedẽ. Si
ſic fratres optimi: ſic domina charitas & ipſa noſtrorum pe
netralia cordium altiſſimę nouit cõſecrare maieſtati & hu
manam nullomodo patitur imminui dignitatem. Vnde
fit vt quiſquis tam glorioſę principi regendum ſeſe gube
nandumq́ꝫ crediderit: illibatum atq́ꝫ integrum homini
nomẽ inuicta ſibi potens virtute defendat: Applaudit hu
ic ſentẽtię quod a neſcio quo pulchre ſatis atq́ꝫ elegãter e
cogitatum fuiſſe videtur. Flammigerę namq́ꝫ dilectioni
expertem non tam hominem videri q̃ ſtolidiorem aliqua
beluam aut rigens quodlibet marmor aſtruxit. Qui nõ ſen
ſit inquit amoris ignem aut lapis eſt aut beſtia. Viderit il
le ſane cuiuſmodi flammas amoris voluerit intelligi: ego
(q̃tum ad rem noſtram pertinet) incunctabũdus prorſu
q́ꝫ nihil heſitans eum quem nulla diuini ſcintilla ſuccendi
amoris: & beſtiis & lapidibꝰ ipſis: & (vt aliqd depreſſius e
loquar) putri quoq́ꝫ luto inferiorẽ pronuncio. Proinde pr
ſentis verbo temporis vti: & ſentit q̃ ſenſit dicere malim
Hac enim ratione: ſententia plus eſt habitura momenti
Etenim nihil aliquando ſenſiſſe profuerit: ſi poſtmodum
non ſentire contingat. Quoties namq́ꝫ cœleſtis flammę id
eſt beatæ charitatis inuenimur expertes: toties non lapi
des tantum aut beſtias verum etiam deteriori condition
nos eſſe ratio manifeſta conuincit. Siquidem nec animan
tes brutę: nec inanimata ſaxa: conſtitutas ſibi tranſgredi
untur leges: nec a natura propria vel minimum aliquãdo
degenerare noſcũtur. Igitur homo qui ſic eſt ab opifice ma
ximo conditus vt eum & in omnibus & ſuper omnia ama
re debeat & amplecti: cum ad hęc infima caduca atq́ꝫ laben

tia: tota captus mente: diligenda prolabitur: dignus eſt ꝑfecto qui non ſolum aut lapis cenſeatur aut beſtia: verum etiam ĩſenſata qualibet creatura vilior atq; deiectior eſſe rectiſſime iudicetur.

Argumentatiunculam his quæ ſuperius memorata ſunt repugnantem interſerit atq; diſſoluit: optimũ quemq; charitate deo ſimillimũ euadere docẽs. Ca. XVI.

POterit autem hoc loco loquaculus inſiſtere quiſpiam: & argumentando obiectare non nihil qd immota perſtat veritate ſubnixum. Non valet inquiet vlla ſpecies in alteriꝰ formę trãſire naturam. Unde fit vt nec homo nec pecꝰ nec ſilex nec aliud quicq̃ p̃terq̃ idipſum quod exiſtit: veritate queat alludẽte vocari. Quale igitur illud ẽ ꝙ nulla dicitur in medium creatura poſſe proferri: qua non iure vilior/indignior/atq; proiectior exiſtimetur homo: ſi tamẽ ita viuat vt eius intima nulla ſupernæ dilectionis flamma ſuccendat? Et quis obſecro tam vecordis eſt dementię: qui non facile reuelatis intueatur luminibus: humanam naturam (maxime q̃tum ad incorruptam attinet rationalis animi ſubſtantiam) quolibet volatilium quadrupedum reptantium natantiumq; genere: multo autem magis cęteris creaturis omnibus: ſenſu motuq; carentibus longe fateri oportere digniorem? Nempe ad hanc aſpiciens venerãdus pater auguſtinus in ea concione quam de cœleſti alleluya & ſuaui facundia: & plurima diſſerendi ſubtilitate: ſolo ſuo familiari more fœliciter diſputando peregit: quodam loco ſic ait. Omni pecore melior eſt & homo malus. Melior iquit id eſt præſtantioris ſublimiorisq; naturę. Nã

de virtute(quæ propria eſt animę bonitas)quis non pater
ter aĩaduertit nullã hoc loco fieri mentionem? Siquidẽ ne
honeſti capax eſt pecus: & homini malo virtus dominant
malicia propinquare vetatur. Nos igitur in hac qualicũq
diſertatiuncula non tam ad perpetuam animi ſimplicis r
ſpicimus eſſentiam: ſingulisq; cognatam mentibus mem
ria tenendi/diſcernendi proq; irreſtricta mobilis arbitrii li
bertate: vel bonũ vel malum appetendi volendiq; faculta
tem: q̃ ad precioſa eiſdem animis bonorũ inſita ſemina m
rum: quæ quũ parato ſemper diuinæ largitatis auxilio fre
ti quanta licet ſedulitate excolere pergimus: non ſolũ pul
cherrimis adornari virtutibus: verumetiam ipſum cęli te
tæq; moderatorem(quod eſt omni culmine: faſtigio: hon
re/ſublimitate/dignitateq; præſtantius) vel perfurentib
ſpiritalibus inimicis hæreditate ꝑpetua poſſidere valem⁹
Hoc enim ad diuinam ſimilitudinem: illud vero ad imagi
nem pertinere minime dubitatur. Porro ad ineffabilia ma
ſuræ fœlicitatis gaudia ſimilitudo ſola non imago perdu
cit. Hæc autem ſimilitudo q̃uis in beata virtutum vniue
ſarum poſſeſſione conſiſtat: in ea tamen perficiẽda ſumm
ſibi citra omnem controuerſiam ſuperni parentis vendic
re non ambigitur dilectio principatum. Sola nanq; chari
tas hominem ſuo ſimillimum nouit efficere conditori. T
etſi tanta ſimilitudine incompręhenſibili deo nemo pote
accedere: quin eum infinito ſemper faſtigio diuina vincat
ſuperet/tranſcendatq; maieſtas. Cæterum quemadmod
ille rerum potentiſſimus idemq; clęmentiſſimus author ſ
lo creaturæ ſuæ perſuaſus amore: non ſolum bonis: verũ &
nefandis atq; ſacrilegis innumera quotidie dona piiſſimu
elargitur: ſic & is cuius animi gubernacula regina charita
moderatur: non ſolum bonos ignita/lachrymoſa/ſollicita
continuaq; prece vt odoratis virtutum ſplendidarum flo
bus magis indies magiſq; redoleant atq; niteſcant: ſtudio
ſius adiuuare conatur: ſed etiam peſſimos quoſq; a deo o

niq; religioſæ conuerſationis honeſtate penitus alienos & a viſcoſis letiferiſq; tricabilium vitiorum eripere laqueis: & fideles diuinarum legum efficere nititur amatores. Præterea velut optimus deus quos aliquando ſuo fuerit dignatꝰ amore: perenni dilectione proſequitur: nec deſerit aut deſtituit vnq̄ (niſi forte quod tamen ipſe vt eſt ſine fine bonus: mille modis auertere nititur ab eis iniquiſſime deſeratur) ſic etiam vere quiſquis amat: tanta conſtãtia piẽtiſſimũ totis animi præcordiis amplectitur: expetit amatq; parentẽ: tanta ſtabilitate proximum diligit: eidemq; cohæret: vt q̄uis ille caſus aſperiores exaggeret: iſte beneuolẽter amantẽ cumulatioribus iniuriis appetat atq; laceſſat: nunq̄ tamẽ vero delectori pſuaderi queat: vt a charitate melliflua (in qua bonorum omnium conſiſtere ſummam dilucide contuetur) vel puncto minimo temporis vlla ratione recedat. Et quando precor a voluptuoſa compoſitę pacis tranquillitate talis animus alienus poterit inueniri? At vero quiſqs ab immobili firmitudine: ſtabilitateq; perenni æterno videlicet ac immutabili deo illecebroſa ſeductus cupiditate reſilire non metuit: is profecto quoniam præfulgidum circũſpectæ rationis iubar (quam cum beatis ſpiritibus communem accepit) indomitarum cupidinum fuligine tetra miſer obſcurari non prohibet: iumẽtis inſipientibus haud immerito ſimilis aſſeritur. Idem vero quia rigidę cautis inſtar: nec diuinis aſpirationibus nec honeſtis vtilibuſq; ſalubriter admonentium alloquiis a tam execrabili dementia ſe patitur reuocari: inſenſato lapidi ſatis quidem appoſite comparatur. Poſtremo quia quiſquis huiuſmodi eſt nihilo id eſt peccato quem in deo ſtabilire debuerat animum veſanus oblectat: nihil eſſe nec debili nec infirma ratione perhibetur. Hinc eſt enim pernobilis illa glorioſi pſalmographi ſententia homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis. Hinc & illud rurſus diuini legiſlatoris de Pharaone

eiuſq; nimis obſtinato comitatu: præclare ſatis modulatũ: deſcẽderunt in profundum quaſi lapis. Hinc poſtremo memoratus ille cæleſtium pſalmorum concentor (dum nonnullos intueretur qui caducos potius miſerorum mortaliũ q̃ largiſſimi ſemper conditoris perennes ambiunt captãtq; fauores) in hæc verba prorupit: qui hominibus placent confuſi ſunt: quoniam deus nihili fecit illos.

Aliam inſerit obiectiunculam quam mouere poſſet aliquis oſtenſurus quę de ſcripturis prolata ſunt teſtimonia ei cui aptãtur rei non ſatis quadrare: quam diſſoluens vitioſos homines nunc iumẽta nũc marmora recte nominari demonſtrat.

Cap. XVII.

SEd dicat aliquis interim: modeſtus plane ſermo qui per morum degenerum varia qualitate nunc lapidi nunc iumentis aut alteri cuilibet rei hominem profitetur aſſimilem: verum ab ea modeſtia non mediocriter abhorrere videtur illud loquendi genus: quo deſerta ſimilitudine: nunc pecus homo nunc marmor appellatione liberrima nominat. Sed & ea quę pauloante teſtimonia protuliſti: hanc ipſã de qua loquor modeſtiam manifeſte redolere noſcũtur. In prima nanq; ſententia cœleſtis ille citharędus exacte temperatas modulatiori pollice fides tangens ſimilem iumentis inſipientibus hominem cecinit: non iumentum licentioſa libertate nominauit. In ſecunda quoq; inſignis ille Moyſes & ipſe diuinarum modulationum peritiſſimus: auerſum ab omni manſuetudine Pharaonem eiuſq; nimis obſtinatos exercitus: non lapides eſſe: ſed lapidum more: in profundum deſcendiſſe perhibuit. Porro virum glorioſum per omne canticum eiuſdem modeſtiæ fuiſſe permemorem ſtudioſus lector ignorare nõ poteſt. Alio nanq; loco obduratum

illum cum ſuis omnibus inflexibili pertinacia Pharaonem plumbo metallorum põderoſiſſimo rite coęquans ſubmerſi ſunt inquit quaſi plumbum in aquis vehementibus. Deniq; cum iſraeli fœlicem per rubras vndas tranſitum precaretur: hoſtibus vero mentis interim attonitę ſubitam hebetudinem immotumq; ſtupefacti corporis rigorē (non ignarus quid peteret) imprecaretur: fiāt inquit immobiles quaſi lapis donec pertranſeat populus tuus domine. Verum & muſicus ille ęthereus memoratus videlicet Dauid in reliquis quoq; modeſtum hoc loquendi genus obſeruaſſe minime dubitatur: humanum nanq; genus quodam loco ſalubriter admodum cohortatus ne ſepulta ratione iumentorum more precipiti proprię cupidinis impetu raperetur: nolite inquit fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Et ad dominum de ſeipſo loquens: vt iumētum ait factus ſum apud te. Deniq; de perditis ob mala facinorum flagitiorumq; ſuorū merita in tartara ſeua detruſis verba faciēs: ſicut oues inqt in īferno poſiti ſūt. Poſſēt & alia in medium complura proferri in quibus omnibus id temperamēti genus ſeruatum perſpicitur: vt non aliud prætere͞q qd eſt dicatur homo: q͞q nūc huic nunc illi rei certarum proprietatum ratione decentiſſime comparatur. Itaq; ſi illam neſcio cuius abs te caſtigatam ſententiam: qui non ſentit amoris ignē aut lapis eſt aut beſtia: veneranda diuinarum litterarū auctoritate firmatā roboratāq; volebas: eiuſmodi ꝓducēdus erat ſermo q nō beluis ſaxis ve cōparet hoīem ſed quí illum propriis ipſarum rerum vocabulis aptiſſime noīaret. Pulchre nimirum hactenus. Quaſi vero id ipſum difficile admodum aut impoſſibile prorſus eſſe videatur. Prodeat ergo in medium propheticus ille ſermo vſq; adeo notus: vt ab his quoq; qui ſacrorum codicum lectione minꝰ ſunt exercitati plærunq; ſoleat iterari. Computruerunt (ait ꝓpheta q̄ſpiā) iumēta in ſtercore ſuo. Quibꝰ verbis hoīes in hōeſtę ſordideq; libidini turpit addictos nō iumēt[ſiľes vir deo

plenus aſſeruit verum (vt liquet) iumenta liberius appellauit. fecit idem peritiſſimus ille noſter liricen: cuius modeſta tantopere miraris eloquia. Etenim quodam loco ſacros oris purgati ſonos ad dominum flammiuoma cum mente ſuſtollens: homines inquit & iumenta ſaluabis domine. Homines nimirum eos intelligi volens: qui ſecuro conſultę rationis ductu: quocunq; proficiſcendum diuina monſtrauerit volũtas: eodem (qua licet) inoffenſo pede ſequũtur: iumenta vero eos qui cœleſti obtenebrato fulgore: extĩcto ſpiritu: ratione deſerta; vagantibus per deuia ſenſibus inconſideratius adhęrẽtes: in laqueum tãdem (vt apoſtolico ſermone loquar) veteratoris cecidere diaboli: A quo & ad ipſius volũtatem captiui tenentur: & veluti frenis quibuſdam fortiſſimis: quocũq; voluerit ille iumẽtorum more trahũtur: feruntur: rapiuntur. Siquidem iſtiuſmodi homines ĩmenſa dei noſtri clæmentia ſaluat: ſi non irreuocabili prorſus obſtinatione rigeſcant. Illa namq; de cęlis in defœcatum prophetæ ſceptrigeri delapſa pect⁹; ac per illum mortalibus patefacta ſententia: homo cum in honore eſſet & quę ſequuntur: q̃uis ſua latitudine complectatur: q̃tum eſt hominum a diuina ſecedentium charitate: pręcipue tamen primum noſtri generis tangit: inſectaturq; parentem. Qui cum ampliſſimo ſublimatus honore vniuerſę creaturę quã ipſius delectandi cauſa ſumm⁹ rerum ꝓduxerat auctor glorioſe dominaretur: totus in iumentum id eſt ĩ brutos beſtialeſq; mores repente tranſiit: dum male dilectam coniugem ſtultiſſime perſuadere paſſus: eum a quo tot tãtiſq; florebat beneficiis auctus: omni profecto iumento tardior: ſtupidior: hebetiorq; poſthabuit: deſeruit: cõtempſit. At vero dominus ſuæ potius inexhauſtę bonitatis q̃ accептę memor iniurię: eum qui ſemetipſum lętifera plane freneſi laborãs in iumentum verterat: in hominem rurſus iucunda ſalubriq; conuerſione mutauit. Sed quid ni flagrantiſſimus creaturę ſuę dilector ſtolida iumenta bearet: qui

ſaxa quoq; tã ignorata q̃ inſperata ſalute minime dedigna tur? Etenim ſaxis per ezechielem grande quoddam atq; in æſtimabile munus: diuina largitas blandiſſime pollicetur dicens. Auferam a vobis cor lapideũ & dabo vobis cor car neum. Quæſo te qui cor lapideum gerere dicitur: quid ali ud q̃ lapis marmor ve cenſetur? Nec alius eſt profecto ſer monis memorati ſenſus: q̃ ſi ſpiritus ſanctus in hæc verba manifeſtius erupiſſet: rigentia marmora: in homines rati one præditos ego mutabo. Sed adhuc inſtas fortaſſe mini me tibi ſatiſfactum exiſtimans niſi rationale illud animal ꝓ prio lapidis audias vocabulo nominari. Recole igitur ſer monem illum quem mortalium laudatiſſimus glorioſus il le baptiſta Ioannes frequenti auditorio protuliſſe memora tur. Potens eſt inquit deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Gentiles nimirum populos qui rationis intellect⁹ totiuſq; mẽtis atq; vniuerſi ſenſus inopes marmorea ſimu lacra ipſis (vt ita dicã) lapidibus lapidiores diuinis ꝓſeque bantur honoribus: lapides quadranter admodũ appoſiteq; compellans. Hos autem inopinatæ ſalutis munere mirifi ca clæmentiſſimi dei liberalitate repente fuiſſe donatos qs ignorat? Sunt tamẽ & alii lapides: qui nunq̃ humana redo nari dignitate merentur. Illorum proculdubio ſtudioſi ni mis imitatores de quibus antiquus hebræorum legiſlator (quod & nos pauloante memorauimus) ait: deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Quæ cum ita ſe habeant non fu tili profecto vanorum leuitate verborum: ſed multo turge ſcentis ſententiæ pondere: eos qui beatas amoris diuini flã mas non ſentiunt: aut beſtias aut lapides eſſe fatemur.

Memoratam confirmat ſententiam pau cis: oſtendens quorſum hęc tendant de iu mentorum hominumq; comparatione ꝓ lixiuſcule diſputata. Cap. XVIII.

De animi tranquilitate.

SIquidē duo ſunt(vt nūc quoq; diſputa
tū eſt)errātiū hominū genera. Alterū e
rū qui tāetſi ꝑ mortifera perimētium vi
tiorū ferūtur præcipitia:illos tamē æte
na regis omniſcii ꝑſciētia ad ſemtipſos
liquādo redituros:& qcquid īprobius a
miſere:iuſto correcturos dolore: digni
q; fletibus abluturos eſſe prænoſcit. Alterū vero eorū qui t
ta ꝑtinacia voluptates proprias diuinę ꝑ ferre volūtati n
verētur:vt ab illis nullo vnq̄ tempore ſeſe patiant̄ abduci
Hoc per lapides illud ꝑ beſtias haud inepte ſignatur. In be
ſtiā nāq; mutatus:babyloni⁹ ille prīceps: totū edoctus ſe
tenniū quonā diuinæ ꝑgerent aīmaduerſiones:viā tādem
didicit inuenire ſalutis. At vero pii patriarchę grata ſem
hoſpitalitate pollētis cōiunx īprobior ī lapidē verſa ad p
ſtinā minime legitur reuertiſſe dignitatem. Perſpicuū e
igitur nihil intereſſe carentibuſne ratione beluis inſenſa
tiſq; lapidibus ratiōalis comparetur homo:an ipſis potiu
indita rebus vocabula ſortiatur:niſi q; poſterius hoc loqu
di genus:vehementiorem quandam mordacioris repræ
henſionis acrimoniam prę ſe ferre videtur. Iuſtum eſt enin
omnino immo vero iuſtiſſimum: vt cum degeneres:hon
ſti:pulchri:rectiq; deſertores:ab ingenua conditionis no
ſtræ nobilitate labaſcimus:propriis earum rerum quas p
tiſſimum imitari videmur(ad cumulatius noſtri dedeco
ris augmentum pro nequioris vitæ merito)nominibus a
pellemur. Cæterum quemadmodum iumenta quantun
uis tractabilia videantur:tranquilla vere dici non poſſun
niſi forte vocabuli latior quædam vſurpatio placet:& per
inde tranquillum accipitur:ac ſi nihil habens ferocię: ſiu
manſuetum diceretur:ſic homo quoq; cuius in aduerſo
ſupernis legibus mores incompoſitus degenerat animus
quantalibet mitioris ingenii manſuetudine:blandum ſe
cūctis lenem placidūq; præbuerit: delitioſa tamen pacat

tranquillitatis gaudia nullomõ valet expiri. Quis.n.ĩ ea
mẽte trãqllitati q̃at eſſe locus: quæ ſui conditoris: ſuiq; ip
ſius ĩmemor neſcio quibus lutoſis ſe volutabulis oblectans
emẽdandę cõceſſa vitæ tempora veluti ſecura tranſcurrit:
cum ſit nihilo tutior q̃ ſi quis pedibus flumẽ ingens trãſi-
turus quod niſi vehente nauigio tranſmitti non poſſit: te-
nellę noctis vnius glaciecule confidentius ĩnitatur. Igitur
poſſidendę tranquillitatis eiuſdemq; perpetua ſtabilitate
firmandę: hæc vna eſt ratio: vt videlicet altiſſimas conſue
tudine lõga radices: in florigero purgatę mẽtis ortulo ſyn
cera charitas figat. Siquidem ĩter ſe pax & amor id eſt cha
ritas atq; tranquillitas tam anguſta neceſſitudine vinciun
tur vt nec integra ſine tranquillitate charitas: nec ꝑfecta ſi
ne charitate tranquillitas: vllo modo valeat obtineri.

Optimũ nolle deũ (q̃tũ in ſe ẽ) beatæ trãqllitatis
ĩmunẽ eſſe quemq̃: idq; breui quadã benigniſſimi
cõditoris ꝑ hieremiã ꝓphetã peccatores alloq̃n-
tis adortatiũcula ꝓlata demõſtrat. Cap. XIX.

MEns etenim humana ab æterno progeni
ta deo cui tantiſper male ſit oportet dũ
cõditorem parentemq; dulciſſimum in
medio extremę conſtituta miſerię atq; ĩ-
fœlicitatis ignorat: alio nullo ad repeten
dos recipiendoſq; ſalutis amiſſę theſau-
ros redire conſilio poteſt: niſi cognoſcen-
do perſpiciendoq; diſcrimine peſſimo: cui ſeſe nimis inſipi
enter inſeruit: expoſuit: obicit. Hinc enim per Hieremiam
clementiſſimus deus errabundos animos ad iter rectũ quo
vitam datur ĩuenire perennẽ ineffabili geſtiẽs benignitate
reducere: mitiſſimis deuiũ queq;: pietiſſimũ q; paterni cor-
dis affectũ ꝓſeferẽtibus affatur ſermoĩbus: hãc ĩter cętera ꝑ
petua dignã admiratiõe ſentẽtiã perq̃blãditer ĩterponẽs.
Scito & vide q̃a malũ & amarũ ẽ reliq̃ſſe te dominũ deũ tu
um: & nõ eſſe timorẽ eiꝰ apud te. Scito ĩgt: qđ ꝑfecto tale ẽ

ac ſi pluribus ita loquereť. A beluis nullo pollētibus ītelle
ctu ego te rerū diſcriminatrice ratione ſecreui atꝙ vt tam
ſublimi dignitate reliquis pręficerē creaturis: perpetua illa
charitas qua te nulla merēdi facultate donatū añ īpa quo=
ꝙ ſęcula dilexi mihi ſola perſuaſit: Tu vero tantū decus ni
hili faciēs dū ꝓcaci exęſtuātium cupidinū tuarū petulātię
morē gerere pergis in beſtiā ſtolidā totus tranſire maluiſti
Saltem vel nūc adhuc me ſuſtinente īuitāte reuocāte īmi=
nētia contemplatus pericula: celetius ad te reuertere: īdue
rurſus hominē quē turpiter abieciſti: ſcito quę cognitu ne=
ceſſaria ſunt/diſcute/diſcerne/ſcrutare/cognoſce/ſpecula=
re/hoc eñ homīs ē: torpere vero nihilꝙ ſcire beluarū. Et qd
ſciā inquies! Nolim ego te putes ad erudita diſputātiū phi
loſophorū gymnaſia mitti: non ad argutos colluctātiū dia
lecticorū ſyllogiſmos: non ad expolita facundoꝝ rhetorum
auditoria: non ad ſonantia deniꝙ modulantium carmi=
na poetarum: quod enim pernoſſe te velim longe ſublimi
us eſt q̃ vt a quoq̃ illorum diſcere poſſis: ad arcana mentis
proprię te penetralia mitto. Scito igitur & vide quia malū
& amarum eſt reliquiſſe te dominum deum tuum. Scito in
quā & vide. Sunt enim plæriꝙ q plurima norūt: ſed (quod
extremę nequitię eſt) cum norint plurima vident nihil. Siq
dem vniuerſa legum mearum præcepta callent: ſed ea fide
qua ī iſtius vitę peregrinatione videor: id eſt vtcūꝙ cogno
ſcor/veneror/amor/quaꝙ dilecta meorum pectora mūdās
habitare delector: quæ rite nouerunt amplecti renuunt.
Sunt inter iſtos qui ſublime doctorum munus exhibēt: co
pioſo de ſcripturis ſermone diſceptant: obſcura de intimis
diuinarum litterarum penetralibus in lucem proferunt: ꝓ
fundiſſima quæꝙ ſcrutantur: & tamen perinde viuunt ac
ſi nihil eorū quę docēt: ſolida ſtabiliꝙ veritate nitatur. Hi
diſtrictam vltricis iuſtitię meæ ſeueritatem in ſe tanto gra
uius animaduertere cogunt: quanto plura ſcientes aberra=
re nō metuunt: dum pulchras pacificaſꝙ ſalutis perpetuę

ſemitas per quas alios ductare velle videntur: ipſi ſacrile-ga nimis ĩprobitate contemnunt. Quorum ne tu miſerri-mo imitatione degeneri conſortio copulere: priuſq̃ dira ſe-quiat vltio: ſcito & vide id eſt ad te rediens teq; ipſum vigi lanti diſcuſſione conſiderans: argumẽtis ĩdubiis experire: experire inquã fide firma ſuffultus q malum & amarum ẽ reliquiſſe te dominũ deum tuum. Malum profecto malũ. A luce nãq; ſupna ad ĩfernas tenebras: ab indeficiẽte peren nis fonte boni: ad triſte terrificũq; mõſtriferorum ſcelerum chaos: a rege deniq; clẽmẽtiſſimo: ad tyrannũ indefeſſa cæ de graſſantem: atq; inſatiabili ſęuientẽ crudelitate defeci ſti. Vide q̃ deteſtandũ ſit abs te nefas admiſſum. Vide in quãtum me diſerto malorũ ĩcideris: a quibus nihil eſt q ere ptũ te ſperes iri: niſi liberatricẽ dexterã ipſe pbuero: niſi de mediis extraxero ſordib9: niſi ĩ pedes erectum ſtatuero: niſi poſtremo liberã neceſſariãq; gradiẽdi pariter ac pgrediẽdi cõtulero facultatẽ. Malũ ẽ igit ĩmo vero peſſimũ reliqſſe te dominum deũ tuũ. malũ inquã parit & amarũ. Propriã q̃ſo conſule mẽtem. Vide ſit ne ſub cœlo quippiã quod fluctuã tẽ pacata queat animum tranquillitate donare. Idoneam ego mihi capiendo humanam cõdidi mentem: nihil hanc quod me non ęquat implere ac per hoc nec quietare valet. Quod cum ita ſit: conſequẽs eſt prorſuſq; neceſſarium: vt abſente me velut aſſidua quadam vertigine citati turbi-nis inſtar circumuoluta circumq; agitata rotetur. E regio-ne vero me præſente qui ſolus hanc imponere noui: nihil tale perpeſſa lætiſſima gaudens tranquillitate quieſcat. Nam quod ad eos pertinet qui dum meis impudica fronte legibus aduerſantur: ſuiſq; ratione ſepoſita cupidinibus morem gerunt: vbi forte me permittente illicitorum com potes votorum effecti in mediis voluptatib9 pro libito de liciantur gaudere ſe dicunt nihil experiri mali: ſtimulos ſentire nullos: bene ſecum agi: pacatos compoſitos ac qui etos eſſe: non eſt hoc gaudium: non trãquillitas: non volu

ptas quinimmo ab his qui ſana ſunt mente prædití frene-
ſis lętifera vera fideliq; ſententia iudicatur. Etenim quoti
die funem torquent robuſtioremq; in horas efficiunt: quo
(niſi forte reſipiſcant) tartareis ſine fine patibulis affigã-
tur. Vide igitur ſi quid ſapis q̃ malum & amarum eſt re-
liquiſſe te dominum deum tuũ. Sane terrenum quẽlibet
regem ſi paulo beneficentior fuerit amplectuntur omnes
colunt/venerantur/obſeruant. Non ab eo ad deteriorem
deficitur: fides illi ſyncera & intemerata ſeruatur. At ve
ro pars orbis vel maxima noſtris quotidie beneficiis q̃ v-
berrime cumulata: regem regum ac dominum dominãti
um contemnere nihil erubeſcit. Siccine cũctarum oblita re
rum veſana mortalitas præfulgida perſpicacis animi luce
relicta: in extrema diſcrimina vel nolẽtibus reuocantibuſ
q; nobis ſeſe præcipitare nõ veretˀ! Scito igitur & vide quia
malum & amarum eſt reliquiſſe te dominum deum tuum.
Tũ inquã tuum: vſq; adeo enim tuus ſum vt licet offenſus
deſertus/contemptus/proiectus/vilipenſus/irriſus/adhuc
tamen ab infligendo letali vulnere toties irritatam con-
tineam manum/differo/ſuſtineo/expecto. Oratores philo
ſophoſq; meos/quos reuocandis coarguendis/adhortãdis
erudiendiſq; populis ipſe præfeci ſolerter adhibeo: dona do
nis munera muneribus: beneficia beneficiis: non in horas
modo: ſed per ſingula quoq; temporum puncta per q̃ libera
lis exaggero. Ipſa præterea per memetipſum male ſanæ
mentis penetralia pulſo. Deniq; nihil intentatum relique-
re volens: quod humanę ſaluti conducere poſſe videatur:
nunc inopia ſterili verecundaq; mẽdicitate: nunc extenu
ante morbo ſenſimq; membra miſerrima depaſcente: nunc
anguſti carceris ſqualore ſordido: nũc luctuoſis charorũ fu
neribus: nunc ĩportuna moleſti creditoris inſtantia: nunc ĩ
famia publica veſanos mortales affligo torq̃o vexo: vnum
illud maximopere curãs: ne ſe in externas piectũ tenebras
eat infœlix anima quã ad imaginem ſimilitudinemq; meã

dignatione quidem ineffabili ſola perſuaſus charitate cre
aui. Nec eſt quod cauſetur quiſpiam neſcire ſe quo trami-
te compendioſius ad me poſſit mens errabunda reuerti. Et
enim quiſquis ſaluti ſuæ bene conſultum cupit: omnino p̄
ſuaſum habet veram ac ſalubrem a diuino metu ſapienti-
am inchoari. Siquidem per hunc a malo deſiſtitur: & ſuc-
cedente paulatim charitate optima quæq; non ſolum pro
bantur: verum etiam creſcente ſenſim beato meę dilectio-
nis igniculo: non abſq; delectatione plurima peraguntur.
Exercendus eſt igitur intellectus: ĩ quo meus ille fidelis va
tes (per quem ſublimia myſteriorum meorum archana:
multiphario ſum carmine modulatus) initium beatæ vi-
tæ conſiſtere videns: eo ſe donari affectu plurimo poſtula-
bat ad me magnopere clamans & dicẽs. Intellectum da mi
hi & viuam. Ob id autem cœleſtibus aſſidue ſtudiis exerce
ri debet: ne forte dum ridiculis terrenorũ phantaſmatum
ſomniis vecorditer oblectatur: inter ſinuoſa nequiſſimi ſpi
ritus retia miſer aĩmus teneatur implicitus: tumq; primũ
fruſtra conetur aufugere: cum ĩmobili decreto me iudican
te verſuto fuerit hoſti (quem dum facultas aderat expu-
gnare cõtempſit) addictus. Hoc eſt quod ſcire: quod vide-
re te cupio: ne quoquo pacto dubitare poſſis q̃ malum q̃q;
ſit amarum reliquiſſe te dominum deum tuum & nõ eſſe
timorem eius apud te.

Verã ſincerãq; cõfeſſionẽ beatæ charitati qetęq; trã quillitati fœlix initium miniſtrare. Cap. XX.

Hiſce tã ſalutiferis aſpirationibꝰ: miſer ad-
modũ fœtidulaq; ſordẽtiũ vitiorũ fæce
pollutꝰ ad ſe ſe nõnũq̃ rediẽs animꝰ: pla-
gaſq; putri tabo fluentes: quas eatenus
ĩtueri male diſſimularat: patefactis ĩſpe-
ctans luminibus: cathenas præterea ĩge-
nio proprio innumeris inter ſe tenaciſſime cohęrẽtibus an
nulis in ſuã ipſius p̄niciẽ multo tẽpore fabricatas dilucide

cõtemplatus: ingenti percellitur metu. Deniq; nimiã obortæ turbationis inquietudiniſq; moleſtiam minime ferens: curandi peritum medicum quęrit: inuento quicquid patitur aperit: virus ipſe latens tabificis e vulneribus non min⁹ diligenter q̃ prudenter educit: purgatores latices quib⁹ ſalubriter infundantur: diuina fretus ope de geminis oculorum fontibus copioſe producit. At vbi medicinæ ſpiritalis haud ignarus magiſter blandiuſcula primum fomenta: ac mordaciuſcula ſubinde medicamina: pro morbi qualitate ſolerter adhibuerit: conſilia quoq; ſalubria miniſtrauerit: q bus id fiat: ne in eiuſmodi laqueos periculoſiori diſcrimine relabatur ęger: poſtremo duriſſimas illas compedes quib⁹ miſer cum ſibi liberius agere videretur: infœliciſſime tenebatur aſtrictus: potenti verborum virtute reſoluerit: ecce q modo languebat: oculo ſeſe purgatiore circunſpiciens preciosiſſima tam repentinæ fœlicitatis dona conſiderare non ſufficit: ſeq; præ nimia capere nequit admiratione. Stupet ad ſubitam atq; eatenus inexpertam quietem: cuius ne forte triſtem inconſulte deinceps faciat iacturam (videt enim glorioſum beatæ pacis theſaurum / bonis omnibus anteferendum) animum in primis ab omni peſtifera delectatione pernicioſoq; conſenſu prohibere nititur: ac deinde in ſyncera conditoris optimi / fratrumq; dilectione continuis ꝓfectibus diteſcere conatur. In qua quãto ſtabilior radicatiorq; diuina liberalitate adiutus euaſerit: tãto maiora beatę trãquillitatis munera fœlix ac gaudens experitur. Videtis ſane pulcherrimam quietis amoriſq; neceſſitudinẽ qua nec dulcius aliquid nec honeſtius nec generoſius a quoq̃ ĩ medium poſſit afferri.

Monaſteria ab his qui recte ſentiunt obtinendę potiſſimum beatę trãquillitatis amore perquiri. Eos autem falli q̃plurimum qui corpoream illic venãtur quietem. Ca. XXI.

REdeamus interim ad nos fratres: & ipſa noſtrarum conſciẽtiarum penetralia ſecretoſq; mentium receſſus paulo curioſius inuiſere ne grauemur. Reuoluamus vetuſtas illas membranas in quib9 (niſi forte quod abſit: ſcripturã omnẽ lethęa delerit obliuio) lõga cogitationũ ſermonũ/operumq; noſtrorum: ſed & diuinorum erga nos beneficiorum ſeries cõſcripta ſeruatur. Illic aperte lectitare licebit: quę nos huc res potiſſimum egerit/impulerit appuleritq; tandem. Etenim quos patiebamur ſtimulos: tanta nos mordacitate pungebant: vt non ante deſiſtendum putaremus: q̃ nos inuenta pro voto diu quęſitorum cõtubernia fratrum ſuſciperent/admitterent/retinerent. Suſciperent inquã in ipſo mox aduentu noſtro non tã hoſpitali iure q̃ germana charitate benigniter accipiẽdos: admitterẽt examinãdos: retinerent profeſſos. Et q̃q̃ non omnes hanc penetrantium calcarium punctionem experti fuerint compertiſſimum tamẽ habeo hac in re mihi fidos eſſe ſodales: quos ſiquis forte diligentius percontari voluerit: atq; ab eis enucleatius edoceri velle perexerit: quidnam fuit cauſæ vt tam inſolentibus tamq; importunis aculeis vrgerẽtur audiet extemplo tota libertate reſpondentes: ſe in illo ſęcularium tumultuationum latiſſimo campo quieſcere minime potuiſſe. Ergo q̄etis cauſa nos huc cõtulimus fratres: neq; id ſalua conſcientia quoquo modo licet inficiari. Qđ ſi quies in deſiderio nõ erat: quid ergo venabamur? Quid ſęculari vitę monaſtica conuerſatio: aut qd habitatiõi mũdanæ ſeiũctiora monaſteria pręſtant: niſi q in his optata requies facilius inuenitur? Illa inquam voluptuoſa ſerenatæ mentis requies ſiue quieta ac vniuerſæ perturbatiõis ignara voluptas: non illa glorioſo ſacrę quietis indigna nomine pigelli corporis deſidioſa vacatio. Quiſquis enim a ſinceris tantum almæ pacis amatoribus habitanda monaſteria

ea potiſſimũ rõne petit vt aſſiduo ſalutiferoq; labori mol-
liculę qetis amatricia corpora quãto valet aſtu ſurripiat at
q; ſubducat: is mihi (ne qd mentiar) ambitioſe nimis exco
gitaſſe videtur: quonam pacto grauiſſimas queat apud ĩfe
ros pœnas tormentaq; mercari.

Sacra cœnobia quoſdã onodromos eſſe demõſtrat: p
petuoq; curſu verã parari trãquillitatẽ atq; intemera
tam conſeruari. Cap. XXII.

NAm ſacris inſtitutionib⁹ moderata cœ
nobia: qd aliud eſſe niſi veros (vt ita di-
xeri) onodromos id ẽ loca quædã exerci
tãdis ad curſum aſellis deſtinata: iureme
ritoq; cẽſueri? Nã in olipycis olĩ certamĩ
nibus id gen⁹ exhiberi ſpectacula cõſue
uere. Nec immerito. Veraci nãq; & apud
italas pſetim nationes tritiſſimo puerbio curſus aſininus
minime diuturn⁹ eſſe docetur. At vero monaſteriis longe
alia debet eſſe ratio: Nõ eñi illic odioſa deo (vt quondã in
ſceleratis priſcarũ gentiũ amphitheatris) ſed grata potius
atq; accepta pferẽda ſunt ſpectacula: quę vultu proſpicere
placido beneuoliſq; luminibus intueri delectetur. Exercẽ-
d⁹ eſt igitur: vt ĩpigro/ĩtrepido/ſed & ĩfatigabili pede cur
rere norit: nõ aĩmus tãtum benigna ſane moderatoris chri
ſti dextera gubernãdus: verũ iſte quoq; noſter ſuapte natu
ra pigerrimus inq; vitiorũ genus omne male pnus ſp nimi
umq; pcliuis aſellus. Clamat fidelis aĩma ſuauiſſimo pul-
cherrimi Ieſu nõ exiliter amore ſuccẽſa: trahe me p⁹ te. cur
rem⁹ ĩ odorẽ vnguẽtorũ tuorũ. Curremꝰ inqt ego videli-
cet: & iſte me⁹ aſin⁹/cui me ſedere ſollicite/mimeq; negli-
gẽter pſidere iuſſiſti. Hũc egregie admodũ curſitare doce-
bat beatiſſim⁹ ille cui⁹ hęc ſunt verba. Caſtigo corp⁹ meũ
& ĩ ſeruitutem redigo. Ac ſi aliis verbis manifeſte diceret.
Nolo me recalcitrãdo deiiciat: nolo pro libito me⁹ euage
tur aſellus: ſed hoc ago vt paulatĩ parere diſcẽs: ſupnis tan

dē iuſſis obtēperare delectet. Quod aſſecutū ſe gaudebat cœleſtis ille citharędus q copioſo redūdās gaudio lętabundus aiebat: cor meū & caro mea exultauerūt ī deū viuum Dignus plane ſpectaculo ei⁹ aſelli curſus: q non ſolum faſtidio nō afficitur: verumetiam ipſo ſuo curſu q̄libet laborioſo magnifice delectatur. Ad hūc curſum ī hodiernū vſq; diē ſuis nos animare nō deſiſtit epiſtolis glorioſiſſim⁹ ille paulus: q loco quodā corinthios his verbis affat. Sic currite vt compręhēdatis. Ac ſi diceret. Sic creditos vobis aſinos exercete: ſic fręna moderamini: ſic vrgete calcaribus ne dū īgenita torpeſcunt ſegnitie: dū a vorādis carduis id eſt peſtiferis delectationibus minime cōtinentes ingratas nectunt moras, expectata manſuræ beatitudinis cōpręhēdere præmia nequeatis. Abſit igitur fratres memoratū in nobis adagiū ioci qcq̄ inueniat. Ea nāq; pſeuerētia noſtro currēdū eſt aſino: vt eius curſus niſi ſola mortis īteruenientis nequeat ferocia ſiſti. Deniq; neminem tam puſilli reor intellectus: q non facile animaduertat: quidnam ſibi velit iſte noſtri perq̄neceſſarius perenniſq; ſtudii vigilantia curſus extorquendus aſelli. Ieiunandum nāq;: vigilādum iugiq; ſędulitate pſallendum eſt monacho: & cætera id gen⁹ opera viriliter exercenda: a quibus procul dubio noſter aſinus (ſi ꝓprio vti ꝑmittas arbitrio) vacare multo malit q̄ talib⁹ frequēti⁹ īſudare. Fœlices nimirū īterim imo vero ter q; q̄terq; beati/quotquot in hoc onodromo cōſtituti ſolis ꝓmiſſā pſeueratorib⁹ laureā lumībus cupidiſſimis ītuēt: qq; nec dextra nec lęua q̄uis rōne deflectentes: ꝑ medias victricis iuſtitię ſemitas recta curſitāt: nō añ deſiſtētes q̄ cū apoſtolo paulo in illa triūphalis gaudii magnificentiſſima verba lęti ſecuriq; prorumpant dicentes. Bonum certamē certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. Hæc enim tota beatæ tranquillitatis eſt ratio: vt nuſq̄ hærentes: nuſq̄ ſecurum figētes gradum: nec a neceſſario propoſiti certaminis labore quoquo modo deſiſtentes (quod ſine ſtimulatri-

ce charitate quæ remiſſos torpere non patitur animos pra
ſtari omnino non poteſt) ad pollicita ſtrenuis fidiſq; lucta
toribus gaudia perpetuo ſuſpiremus.

Eum qui ſæculo vale dicit: q̃uis crebro cõfeſſus fu
erit: nihil tamen ſibi feciſſe videri: niſi monaſteriú
ingreſſus quęcunq; ab ineuntibus annis geſſiſſe ſe
meminit integerrime profiteatur. Cap. XXIII.

NOn enim eſt in p̄ſenti vita miſeris mor-
talibus ea vel quęrenda vel ſperanda trã
quillitas quæ laborem tollat: ſed quæ le-
niat potius: mitiget ac tolerabilem red-
dat: immo vero (qd dictu mirabilius eſt)
delectabilem faciat penituſq; iucundum
poſtremo bellatori magnanimo inuicta
perſeuerantia perſuadeat amplectendũ. Iſta fratres cũ huc
auiditate non minima properaremus nobis perſuadenda
non erant: decreueramus enim non corporali ſed ſpirituali
potius quanta liceret induſtria conſulere velle quieti. Hu-
ius ſane commodius aſſequendę gratia cum pauculos egiſ
ſemus in monaſterio dies moleſta proiecimꝰ onera: quę nõ
tam dura nobis q̃ prorſus (vt æquum erat) intolerabilia vi
debantur: illa dico plumbeorum grauiſſima criminum põ
dera: quibus nec oneroſius: nec faſtidioſius: nec importabi
lius aliquid vſq̃ valeat inueniri. Et q̃uis non eſſemꝰ imme
mores adhuc in ſęculo poſitos immanes illas inuiſaſq; pu-
tẽtis ſterquilinii moles ad ſpiritualis medici nos proieciſſe
pedes: adhuc tamen murmurante & inquietudinem pro-
priam prodente conſcientia: nihil nos effeciſſe putauimus
niſi denuo ab eo tempore quo primũ boni maliq; cœpimus
eſſe diſcretores noſtræ narrationis ſumentes exordia: & ad
eam vſq; lucem qua tam ſalubris nos cogitatio perurgebat
orationẽ deducentes: quicquid a nobis nequiter minusve

recte cogitatum dictũ geſtũ meminiſſe poteramus: electo Chriſti vicario fideli digeſtũ ſermõe non abſq; cõpũctę mẽtis amaritudine plurima ꝓmeremus: Nouit quiſq; poſt ſaluberrimã tã ꝑclari facinoris abſolutionẽ quantũ ſpiritualis lucri diuina pręſtante munificẽtia fuerit aſſequut⁹. Ego interim de meipſo quem hac in parte (vt par eſt) compertum melius habeo: quantum ad rẽ pertinere videbit̃ q̃ pauciſſimis potero dicam.

Diuinę erga ſe bõitatis bñficia paucis attigit ꝙ ea narratio ſuſceptæ diſputationi nõ incõgrua videat̃. Sed eorũ obiectiõi pri⁹ obſiſtit q eũ rephẽdere poſſint tã̃ magnifice nimis de ſe ꝓloquutũ.

Cap. XXIIII.

IGitur cum illã noctiferi mei tenebroſiq; pectoris & incredibili ꝓfũditate terrificã: & cõgeſtis pl⁹ octo luſtrorũ ſpacio ſordibus graue nimis olẽtib⁹ ad ſũmũ vſq; cõfertã: cęleſti nimirũ comitat⁹ gratia conat⁹ aliqñ fuiſſẽ ꝓ viribus expurgare cloacã: q̃ grãdia paulopoſt ſupernæ largitatis erga me beneficia ſenſeri: igenue ꝓfiteor haud vllis facile verbis explicarim. Viſus nãq; mihi ſũ cõuerſiõe quadã noua: ſed grata nimiſũ nimiũq; iucũda: neſcio quopacto in alterũ tranſmutari virũ. Breuis hoc verborũ cõtextus abſoluit: res autem qualis quantave fuerit: nec vlla fateor patefecerit narratio: nec ipſa quouis ſermõe volubilior animi cogitatio liberrima ſatis põt admirari. At dicat forſitã aliquis ex eo hominũ gñe q ſiniſtro cũcta lumĩe cõtuentes nihil ſynceriter interp̃tari nouerũt. Quæſo te priſcos ne veteris ęui p̃res aut ipſos nr̃i redẽptoris ęquabas apoſtolos? An vero vel vtriſq; maior eras vt q̃t⁹ fueris: ne tu qdẽ ip̃e effari poſſis? Non eqdẽ poſſũ: ſed & hoc nõ mediocriter me delectat ꝙ cęleſti liberalitate vinci me ſupariq; ꝓſpicio: atq; (vt veriſſime dicã) penit⁹ obrui: vſq; adeo vt qᵈ ſenſerim prius

eloqui nō permittar. Cæterū quicquid illud erat: q̄d imme
ritus accepiſſe memini: illius altiſſimi fontis (cuius immen
ſam penitus abyſſum: vel eximius ac defecatiſſimus ille ſu
pernorum ſpirituū intellectus cum ſcrutari mirariq́ʒ poſſit:
perſcrutari tñ totāq́ʒ cōpræhendere prohibetur) puſillam
guttulam certo ſcio. Cur igitur inquit aliquis hoc ipſū mu
nuſculum tantifacis vt ei conuenienter eloquendo idoneū
fatearis eſſe neminem? Dico paucis: ſed tu precor haud gra
uate de mirificis diuinæ gratiæ donis (q̄tūlibet exigua poſ
ſint paruaq́ʒ videri) veram audi indubitatāq́ʒ ſententiam
Ponam⁹ āte oculos quēpiā quē obſcura trepidę cęcitatis ob
uolutū caligine in hanc lucem mœſta parēs ediderit. Huic
tu fuluum rutili ſolis iubar: cādidulū argenteę lunę fulgo-
rem: omnemq́ʒ ſyderei cęli pulchritudinem vel copioſis (ſi
potes) eloquentiæ tullianæ verbis enarrato: Contingat ali
quando (quid enim difficile deo?) cęliſti miraculo: nocte fu
gata: ſanis hunc donari luminibus quibus quod pauloante
verbis didicerat alienis. per ſeipſū dilucide q̄at intueri. Mi
rabundus proculdubio gaudenſq́ʒ clamabit: id quod ei pa-
tefactis concedit̄ oculis vſurpare multo maius eſſe q̄ vt hu
manis valeat ſermonibus explicari. Sic in enucleandis quo
q́ʒ ſupernæ gratiæ muneribus omnis dicendi facultas ſuc-
cūbat oportet: q̄libet paruula atq́ʒ minuta (vt diximus)
eſſe videantur: vſq́ʒ adeo maiora ſunt omnia: q̄ vt pro ſua
magnitudine noſtris poſſint ſermōculis enarrari. Occētor
ille ſydereus qui latiſſimum diuinorum myſteriorum pela
gus illis ſuis carminibus ſemper admirandis incluſit: cū ni
hil ſibi videret obſiſtere: quominus ꝑ voto ad libitū: ad ma
num: ad nutū domini moueretur: gratias agēs (vt ſemper
in omnibus ſolertiſſime faciebat) tali munificum affatus e
ſermōe largitorē. viā mandatorū tuoꝝ cucurri cū dilataſti
cor meum. Putas ne tam breui verborū circuitu rē omniū
præſtantiſſimam digne ſatis explicatam? Nempe ſi dilata
tum ſuperno munere pectus introſpicere permittamur: ex
clamemus extēplo nō mediocriter attoniti penituſq́ʒ ſtupi

tes:rem tantā nullis poſſe verbis conueniēter exponi.

Paucis oſtēdit quonāpacto poſt abſolutā cōfeſſionē diuina illi fuerint beneficia ad mēoriā cōmodiſſime reuocata. Cap.XXV.

VErū vt ad me redeā aliqñ paulopoſt emūdatā vtcūq; innūerabiliū ſordiū ſentinā (vt ſupius dicere cœperā) patefacta ſūt a dño rerū cōſeruatricis mēoriæ: lōgo nimis: prodolor amiſſi: inq; meā ipſi⁹ pniciē neqter abſūpti tpis ſpacio maleclauſa ſcriniola: in qb⁹ ānoſę ſitu ſqualētes plurimo carthę latitabāt. In his deleto pene charactere ſcriptū erat q̄ copioſos ac pcioſos olim diuina ingrato pdigoq; mihi bōitas fuerat largita theſauros: quos nimirū pſto ſemp oportebat eē quo vel ſic nec līgua/nec aīmus aliqñ a neceſſaria debitarū gratiarū actiōe torperet. Illic imprimis īteriorīs viſus pſpicaci vtēs acie legi q̄ varia q̄q; crebra pericula admirabili diuinæ man⁹ ope ptect⁹ euaſerā. Neq;.n. ſemel tantū aut ſcđo teterrimus ille draco nūc hoc/nūc illo mō in mediis me conatus fuerat abſorbere pctīs ad pœnalia pfecto dānatoꝝ loca ptrahere geſtiēs ęternis ignib⁹ imitiſſime cruciādū. Legi pterea q̄ lōganimiter me vel īpudētiſſime peccare pergentē: ſuauiſſima dulciſſimi Ieſu ptulerat pietas: q̄q; patiēter vltricē continuerat manū: illa mihi tā diu tā neqter tāq; ptinaciter irriſa maieſtas. Legi quoq; q̄ frequenter aſpiratione ſalutifera redemptor clæmētiſſim⁹ ſaluberrimas aīo meo cogitatiōes īmiſerat: quas miſerrim⁹ ego: oīq; ſuppliciorū gñe dign⁹: minimi īmo vero nihili faciens: vacuas in auras abire ſinebā. Hęc illic aliaq; cōplura q̄ nimię plixitatis vitādæ gr̄a cōſulto pterea lectitaui: quoꝝ fateor cōſideratio ſolers: tota mihi pcordia mirū ī modū attonuit atq; pmouit.

Ex diuinoꝝ mūerū cōſideratiōe vniuerſas affectiones repente fuiſſe permotas: & veluti quadā inter ſe diſputatione contendiſſe teſtatur. Cap.XXVI.

ITem extēplo ꝑtes ſuas īpetu quodā ſub-
itario ſibi ſuccedentes vniuerſi ꝑegerunt
affectus. Verebar nāqꝫ cū primis haud te
nuiter ne forte ꝓ tā diuturna ingratitudi
ne: tā nefario turpiqꝫ cōtemptu: iratū me
rito regē digna pœnitētia aliquādo pla-
care nequirem. At vero ſpes inclyta erigē
di iacētis animi, magiſtra peritiſſima ꝓtinus exiliens metū
hunc ꝓcul iubebat abſiſtere dicēs. Quid ergo ſibi vult imē
ſa dei noſtri bonitas tā liberaliter vocans tā miſericorditer
rectum verę ſalutis iter oſtendēs: tam ſollicite poſtremo tā
qꝫ ſuauiter ad deſtinatum ſubeundi certaminis locum per
ducens? Quid inquam ſibi vult: niſi vt errata præterita
pœnitēdo/ dolendo/ lachrymādo/ precando/ q̃ta maxima
potes ſollicitudine diluas/ ac deinceps neceſſario congerē-
darum virtutum ſtudio/ ſtrēnue magnanimiter ac perſeue
ranter inſiſtas? Surgebat fateor inter hæc verba exhilarati
ſpiritus gaudiū haud exile cor omne mihi dulciſſima qua-
dam voluptate perfundēs. Etenim dilatatus animus i iſti-
uſmodi ſermones/ alacrior erumpebat. Ea demū vera vo-
luptas eſt & gaudiū nō iane/ tricabiles/ intortos atqꝫ vt ita
dicam labyrintheos ſed & ipſos multiformes tartarei p̃do
nis effugere laqueos/ mortifera peſtilētis vip=ræ calcare ve
nena/ id eſt peccata quibus morte peſſima infœlix enecat
animus/ dum vitali cœleſtis gratiæ ſpoliatur afflatu. Expe
ditum porro ꝑfectę ſalutis iter ꝓficiſci: Ieſum inſuper dul-
ciſſimum laborioſi callis habere ductorem. Atqꝫ vt ſublimi
us aliquid dicā eūdem florigero purę mētis cubiculo quieſ
centem ſecum vbiqꝫ circūferre: poſtremo de perēnibus be-
atitudinis æternę gaudiis immobili ſtabilitate poſſidēdis
nullo pacto deſperare. Præter hæc nec ꝓferri nec cogitari
poteſt aliquid/ quod vllā gaudii voluptatiſve rationem
habere videatur. Vix iſta citatus percurrerat aīmus cū ad
īſpiciēda quæ perierāt tēpora/ ſurgēteſqꝫ canos cōſideratio

feſtina reflexit: cui preſto dolor affuit ab imis erumpens p̄cordiis: atq; in eiuſmodi verba prorumpens. O quantū fruſtra periit annorum: quos arte nulla nullo potes ingenio reuocare! Q̄z precioſos interim (ſi non vera laborans freneſi hominem vertiſſes in beluam) ſacrarum virtutum theſauros cumulare licebat! Siccine poſteaq̄ inſultioris infātię: rebellis pueritie: prurientis adoleſcentiæ/laſciuæ iuuentutis ſed & ipſa remiſſioris effœminatæq; virilitatis tempora oīgenis vitiis: eorumq; principi diabolo turpiſſime dedicaſti: extremas tandem lētæ pigræq; ſenectutis fœces ipſi rerum prębebis authori! Teſtis mihi locupletiſſimus es domine Ieſu penituſq; ſufficiens: id a me crebrius (te nimirū ſtimulante) non abſq; ſtomachoſa quadā indignatione fuiſſe clamitatum. Hoc itaq; modo dum vehemens ſibi dolor indulget verecundus quoq; pudor ab ipſis emergens penetralibus prorupit in medium: & inter plurima quibus cōfuſum me deiectum elinguemq; reddebat: hanc tandem repræhēſionem iuſtam prorſus & cui contrahiſcere nō licebat mordaciter ſatis intulit dicēs. Quibus tandē labris ſanctiſſima diuinę laudis audebis pſonare pręconia: q nugatorias ſcurriles obſcœnas: vt pote de medio erutas proſtibulo cantilenas ore pollutiſſimo plus milies cecinisti! Qua frōte inter eos aſſiſtere poteris qui pectuſcula animuloſq; ſuos: nullis inquinatos ſordibus ab ineuntibus annis altiſſimo conſecrarunt! Hæc vbi geruntur rurſum ſpes animoſa proſiliēs: & doloris pudoriſq; ſermones potenter abrūpēs talibus me blanditer eſt affata loquelis. Ergo ne mēte prorſus excidit: eos qui diē fere totum ſegni marcidoq; torpore perdiderāt: prælarga magnifici patriſfamilias liberalitate fuiſſe conductos! Eoſdemq; cum vel vnius horulæ breuiuſculos ſubiiſſent labores paria cum his qui vniuerſum prolixæ diei pondus ęſtuſq; pertulerāt pręmia mercedēq; ſortitos! Talia ſpe blādula pſeq̄nte benigniſſimi Ieſu dulcis īcaleſcere cœpit amor: ſuccēſūq; ptin⁹ aīm in huiuſmōi fecit exire ſermōes.

Verba amoris & odii (quas affectiões poſtremo loco poſuit) in medium profert. Cap. XXVII.

ERgo ne redemptor optime cuius infinita ſuauitas atqꝫ dulcedo: nulli plane mortalium: ſed nec vlli ſpirituum beatorum ſatis vnq̃ explicanda omnem non modo dicendi/verum cogitandi quoqꝫ non ambigitur tranſcẽdere facultatem: ergo ne & hãc animulam in mediis peccatorum fœcibus lutoqꝫ iacentem tot annorum euolutis offenſus curriculis: tam ſacrilega contemptus impudentia: tam pertinaci voluntate deriſus aliquando ſurſum erigere: atqꝫ ad lauacrum vbi purgari commodiſſime queat: illa tua inexplicabili pietate perducere voluiſti? Poterit ne tantis aucta beneficiis aliud deinceps velle quippiam: niſi te concupiſcere: te meditari: te ſuſpirare: te perẽni ſtudio quærere: te ſperare ſolum: te deniqꝫ flammata charitate diligere: atqꝫ indeſinenter amare? Et hæc quidem eorum quę tum feruidus iaculabatur amor (quod & tu domine Ieſu q̃ optime noſti) p̄ticula erat vel tenuiſſima. Proſequebar igitur in hunc modum. Poteruntne mitiſſime Ieſu quæ poſthac te iubẽte ſũt emerſura diſcrimina (neqꝫ enim citra varios plurimoſqꝫ labores: intra ſyderea quiſq̃ palatia valet admitti) poteruntne quæſo dura grauia ac intoleranda putari: debitumqꝫ tibi velut inexperta noui certaminis oneriſqꝫ moleſtia deiicere ac proſternere pectus? Liceat obſecro redemptor optime quæcunqꝫ ſunt hactenus iniquiſſime geſta: dignis aſſiduiſqꝫ deflere lamentis. Liceat vni tibi conciliari: liceat indiuiduo fœdere iungi: liceat efficacia totiſqꝫ (vt par eſt) ardẽtioris animi votis exoptata auxiliatricis gratię fauoriſqꝫ tui munera promereri: eiſqꝫ ne minimo quidem tẽporis deſtitui puncto. Maxima ſunt fateor q̃ poſtulamus: ſed vſqꝫ

adeo neceſſaria vt abſq; illis ſalutis noſtræ ratio conſtare nō poſſit. Porro ab eo petuntur qui dare gaudet: nec largiendo nouit aliquando fatigari. Liceat igitur has veras minimeq; fallentes obtinere diuitias: q̄q̄ & inter eas facile fieri poſſe non ābigo: vt inualeſcente grauiore quolibet cōflictu abſte mihi relictus videar penituſq; deſertus. At vbi hocipſum exercitandi mei gratia (neq; enim temere potes facere qcq̄) euenire dulciſſime Ieſu præceperis: tum maxime ſubiectam tibi ne labaſcat contine mentem. Q; ſi (vt eſt humanæ fragilitatis infirmitas) forte cecidero: iuxta propheticam de tua bonitate pollicitationem: manum ſupponito ne collidar. Hoc autem te domine Ieſu faciēte: ſtrepant crepitent reboantia ſurgentium flabra ventorum: citato frequētes ruant impetu nymbi: effluant commota (quaten⁹ ipſe permittes) flumina: exurgant/excreſcant/impingant/coruſcent fulmina/tonitrua mugiant: corruat cælum (vt ita dixerim: & orbis vniuerſus durabo perferam/perſiſtam: & inſtar montis ſolidiſſimi te Ieſu dulciſſime conſeruante non mouebor. Hæc amor. Nouiſſime autē omniū laudatū quoq; ꝑrupit peccati degeneris odiū: aīmq; corripiēs oēm & in vniuerſa diuinę cōtraria legi potētiſſime cōmouēs: ac fellita quadam indignatione conſpergēs: facile admodum mihi vel ſanctiſſime deierare perſuaſit: ad turpiſſima vitæ prioris monſtra nulla vnq̄ velle ratione reuerti.

Non multo poſt indumētorū vitęq; mutationē: pulchrę dona pacis ſe dicit exptū: quā & ſecreta cellulæ freq̄ntatione q̄ optime cōſeruari fatet̄ Cap. XXVIII.

SIc vbi veſtem primum iuuāte Chriſto vitamq; mutare cœpi: ſic inquam mecum agebatur. Credat qui volet: qui nolet irrideat: abiiciatq;: ego qui periculum feci: rem omnem vt enarrat̄ (imo vero multo viuacius q̄ vt noſtro poſſit explicari ſermōe) geſtam eſſe & fideliter memini: &

geminas ob cauſas(de quibus poſterius mentio fiet)remi-
niſcens doleo lętorq; q̃plurimum.Et q̃uis mira quadã cele
ritate(ſiquidem oẽm linguę q̃tũuis expeditę volubilitatẽ
meditandi velocitas properata trãſcẽdit)vniuerſi concur-
ſare viderentur affect⁹:non erat tamen hæc tumultuatio
huiuſmodi quæ turbulentum redderet animum:ſed quę ſe
renaret potius & pacata quietaq; donatum tranquillitate
bearet.Pax enim quid aliud poteſt intelligi niſi affectionũ
omnium humanæ menti ab optimo conditore benigniter
inditarum:authore diſcretione modulata concordia?Quũ
enim & ſuper omnia & in omnibus ęterna diligitur bonitas
cum præter impietatem & vniuerſa quibus eandẽ offendi
contingit odio ꝓſequimur nihil:cũ ſolus & ſperat᷑ & time-
tur præſentium largitor bonorum: certuſq; futuræ eiuſdẽ
q; cõſummatę beatitudinis author:cum in eo ſolo gaudet᷑:
cum de ipſo temere impudẽterq; deſerto de multiplici quę
ab innumera mortalium multitudine quotidie illi infertur
iniuria:de proximorum quoq; multiformi calamitate miſe
riaq; doletur:cum poſtremo in illius incomprahenſæ ma-
ieſtatis aſpectu perſpicaciſſimo(quem nimirũ latere po-
teſt nihil)turpiſſima quæq; perpudet admiſiſſe: tum pax ẽ
compoſita:quies ſerena: tranquillitas inconcuſſa .Specu-
labar interim q̃ repente q̃q; inſperate immenſa dulciſſimi
Ieſu bonitas ſæculum omne & quicquid in eo delectabi-
le poterat blandumve putari:mihi prorſus amareſcere fece
rat:vſq; adeo vt præter eum nihil audire: nihil loqui: nihil
cogitare liberet.Videbam q̃potenter quæcunq; tam lauda
bile propoſitum abruptura videbãtur(erant enim nõ pau-
ca)idem ipſe qui ſuis animum ſtimulis agitabat: irrita per
fecerat atq; caduca.Contẽplabar nouellum(mea quidem
ſententia)vel aurata regum purpura digniorem quo con-
tegebar amictum:Cucullam videlicet ſcapulare: tunicãq;
nigrantem .Efferebar equidem ſuperbia ſancta & mœrore
luctuoſo nihilominus deprimebar:mihiq; dicebã .Vel poſt

hac quam hactenus ſuſpectam habere contempſiſti mortẽ: ſedula frequentiq; cogitatione mediteris oportet: Suntq; tibi (ne forte præter ſpem veniens timeri poſſit) quotidiana aduerſus illam bonorum operum auxilia comparanda. Huiuſce rei hæc pulla te facient indumenta permemorem quæ funebre ac lugubre quiddam præ ſe ferre noſcuntur. Inter hęc aſſurgere geſtiebat animus p̃q; talibus tãtiſq; beneficiis debitas agere gratias: ſed diuinis vndiq; me circundari muneribus vallariq; perſpiciens obſtupeſcere magis poteram: q̃ laudiſona debitarum gratiarum verba proferre. Reuoluebam poſtremo q̃ta poteram ingenii celeritate multigenam mortalium conditionem: nec vlla mihi ea quam te iuuante benigniſſime Chriſte delegeram fœlicior occurrebat. Oblectabant me ſupra q̃ credi poteſt arcana quietę penetralia cellæ: mihiq; tãtiſper q̃optime fuit dum illam flagrans ac ſtudioſus amator excolui: nec vllo fractus faſtidio deſerendam putaui. Quidni enim haberem q̃optime? quippe qui in ea conſiſtendo quæq; munificẽtior affluentiſſimi largitoris infundebat dextera meditãdo: & diuina charitate lętam ſerenæ mẽtis quietudinem comparari: & quieti viciſſim pectoris pulchra ſerenitate cęleſtem rite charitatem ſeruari pariter & augeri fœliciter experirer. Neq; enim veram ſine charitate pacem nec rurſus integram ſine iucũda pace charitatem cuiq̃ (vt iam dictum eſt) aliquando poſſidere contingit.

Monaſticæ conſeruandæ quieti nihil tam eſſe idoneum q̃ iugem cellæ cultum. Cap. XXIX.

MAgnum plane aliquid fratres: & tanto nimirum præſtantius q̃to rarius fidus ſynceruſq; religioſæ ſolitudinis amor. Quo certum eſt aliũ flagrare neminẽ niſi quẽ iugi ſecretiorem cultu cellulam (q̃tũ vel

veneranda regulæ vel prælati ſiuit abbatis authoritas) fre quentare delectat. Prodeat ĩ medium aurea magni patris antonii: monachorum facile principis hac de re pronun- ciata ſententia. Qualiter piſcis inquit neceſſario genitalis aquæ fraudatus humore ſiccoq; in littore iacens: niſi mox natales repetat vndas: vitali q̃primum munere deſtitui- tur: ſic monachus quoq; ſi deſerta paululum cella: ſæcu- larium cœperit confabulationibus admiſceri: veluti mẽ brorũ ſuorũ laxata compage: extemplo reſoluitur: dolen damq; facit viuificę quietis iacturam. Quid ais obſecro pa ter optime. Quid eſt o monaſticę philoſophiæ illuſtriſſi- me profeſſor quod loqueris: Ergo ne hoc monacho cella p̃- ſtat quod vnda piſci! Ergo ne intra ſecretas beatę latebras cellulę viuitur: foris autem mortis credenda ſunt immi- nere diſcrimina! Attentis qui volet auribus audiat: qui nolet rigidus obſurdeſcat: a monachorum ſocrate iſtęc eſt ꝑfecta ſentẽtia. Et quidẽ piſces aqua: monachos vero cel la gignit. Vſq; adeo vt quiſq; euidẽs aliquãdo huiuſce ge niturę periculũ fecerit nõ ironicos ſed ſerio ꝓfiteatur gau dẽſq; ꝓclamet & dicat hic fiũt monachi. Et q̃q̃ nõ illico mo ritur q cellã parcius excolit: minus tamẽ (quod negari nõ poteſt) ſecutus eſt: mortiq; lõge vicinior eo quẽ iucũda pa catę cellulę delectant arcana. Nec eſt ꝙ fruſtra ſe palpet qſpiam dicẽs nulla ſibi cũ ſęcularibus eſſe colloquia: ac per hoc affirmãs nihil ĩminere periculi ſi cũ ſolis fratribus ha- bere verba delectetur. Video em̃ quidnã antonianæ ſentẽ- tiæ: vel ex tempore poſſit neſcio qs parũ circũſpectus obie- ctare. Non em̃ ex honeſta familiarium fratrũ collocutione ſed e vanis inqet ſęculariũ hominũ ſermocinationib9 triſtia placidę qetis emergere diſpẽdia vir prudẽs admonuit. Pa rũ hoc (vt dixi) circũſpecte. Atq; vtinã redoleret aliquid antoniani illius terq; quaterq; fœlicis ſæculi hæc noſtra in mediis agẽs ſoporiferi torporis ſordib9 ętas. Nihil eſſet ꝑfe cto qd nos oporteret de mutua collocutione & ea liberiuſcu

la ſeuerꝰ ĩcrepari. Erat eñ tãta beatiſſimi illius tẽporis di
ſcipliа: vt monachi nomĩe totꝰ haberetur indignus: ſi qs ĩ
verba (q̃q̃ minĩe noxia) leuẽ volucrẽq; linguã qualibet ex
cauſa licẽtius ſoluere minime timuiſſet. Nec ĩmerito ſane.
Nã qui loquẽdi capitur voluptate minus ſibi monaſticam
placere ſolitudinẽ: ĩdubio patefacit argumẽto. Porro qſqs
ille ẽ q nullo ſacrę ſolitudĩs tenet amore: quouis eũ noĩe cẽ
ſeas licet: monachũ niſi falſo: nũq̃ poteris appellare. Vt eñ
venerabilis ſcribit climacꝰ monaſticę philoſophię peritiſſi
mꝰ: monachus ẽ expurgatũ os: ſanctificatũ corpꝰ illumĩa-
ta mẽs. Et vnde ꝑcor oris purgati mũdities ei q ſonoro mo
bilioris lĩguę plectro leues auras ferire quotidie nõ deſiſtit.
Sed nõ erat priſcis illis nimiũq; beatis ſęculis antonio ma-
chario ve aut eorũ cuipiã q tãtorũ patrũ venerãda ſemꝑ ve
ſtigia totꝭ ſibi viribꝰ imitãda decreuere: magnopere metuẽ
dũ: ne forte grex ſubditꝰ peſtifera mutuarũ cõfabulationũ
libertate ĩ ſuã ipſius abutẽdo ꝑniciẽ: peſſima religioſę gẽtis
detrimenta pateretur. Siqdẽ diuiſis plęrũq; cellulis habitã
tes vix vnq̃ niſi cũ diuĩs erat hymnis laudibuſq; vacãdũ
vna cõuenire ſolebãt. Multum nãq; imo vero plurimũ: mi
ſellis huius noſtri ęui monachulis abſimiles: maximã ſem-
per egregię ſuę profeſſionis rationẽ habebant. Sed & ea tẽ
peſtate maturi grauiſq; ſilentii venerabilis obſeruatio: nul
lis vnq̃ ſatis extollenda laudibus: immobilis ac inconcuſſa
vigebat. Perſpiciebat autem egregius pater Antonius
frĩbus: q quotidiano ſollicitarũ manuũ labore qualẽcũq; ſi
bi victum veſtitũq; parabãt: opus eſſe: vt palmitias q̃s hu
manis vſibus lęta texebãt ſedulitate ſportellas. ĩ vrbes op
pida ve ꝓxima vendituri ſecederent. Tũq; variis futurũ de
cauſis vt a ſæcularibꝰ cõuenirẽtur. Quorũ pauciſſimos eſſe
qui ſanctis verorum monachorum congruant moribus qs
ignorat? Videbat præterea vir prudentiſſimus nihil æque
pio ſacrę gẽtis obſiſtere dilectori q̃ ſi eius aures: verbis ad vi

tæ ſanctimoniam minime pertinentibus opplerentur. Hāc igitur ob cauſam memoratam de cellula ſtudioſius excolēda ſententiam: inter loquendum familiariter vſurpare ſolebat. Volebat enim cautos ſuiq; cuſtodiendi ſollicitos reddere monachos: quoties ſæcularibus & auditum præbere: & reſponſa referre loquelis occaſione neceſſaria cōtigiſſet. Volebat item permemores eſſe honeſtatis habita ratiōe q̄ta maxima liceret celeritate oborta pręſcindi debere colloquia. Atq; ad cellam velut ad genitale domicilium: ingenti & ſtudio & deſiderio reuertēdum. Et quidem plura ſunt in hāc dicenda ſententiam: ſed hic interim primo finis eſto moduſq; libello.

Eiuſdem fratris Caroli Fernandi Ad venerabilem dominum Frāciſcū Deluinū Senatorem pientiſſimū. Liber ſecūdꝰ.

Prudenter colendam monacho cellam ne bonū perdat obedientiæ: ſine qua monacho licet eſſe nemini. Cap. I.

ERgo parandæ/fouendę/ſtabiliēdęq; trāquillitati: nihil (vt iā dictū ē) aptiꝰ/opportuniꝰ/ idoneumve magis: q̄ ſi qs breues deſtinatę ſibi cellulæ captet ac amplexetur āguſtias: eaſq; latis ac ſpacioſis purpuratorū norit anteponere regnis. Verum idipſū (a neophito præſertim) modeſte temperate prudenterq; geratur oportet. Neq; enim mentitus eſt ſed p̄clarā admodū protulit ſententiam q̄ dixit. Eſt

modus in rebus ſunt certi deniq; fines: Quos vltra citraq; nequit cōſiſtere rectū. Prudēs igitur in amanda cellula neophitus īueniatur oportet: ne dum forte nimio paciferę ſolitudinis raptatur amore: in cōfuſum totius īquietudinis pelagus miſerrime decidat: nihilq; tandē minus q̄ deſideratam ſe ſentiat īueniſſe quietem. Etenim verſutiſſimus ille humanę ſalutis īimicus cū id genus hominibus pugnaturus quos turpia viriliter auerſari vitia generoſaſq; e regione colere videt amplectiq; virtutes: periturū plane ſciens q̄cquid īpēderit operę: ſi ea pſuadere velle prexerit q̄ a grauiſſima diuinę cēſura legis abhorrere noſcūt: id demū oī ſtudio totaq; conat̄ induſtria: vt vltra q̄ ſatis eſt ipſa petatur virtus: quo vel ſic virtus eſſe deſinat: inq; vitiū tranſeat: tāto nimirū periculoſius quāto magis ſub candidulo venuſtę virtutis deliteſcit amictu. Videns itaq; verſipellis ille neophitum honeſto beatę trāquillitatis amore flagrantē: atq; ob idipſum mœrori ſancto meditatiōibuſq; diuinis amicam cellulam ſtudioſius expetentem: non ſolum huic tam ſanctę cupiditati non obſiſtit: verumetiam in illo (cui totus īuidet) pectuſculo maiores in dies amoris huius flāmas augere conatur. Linguamq; fraudifluam verboſi ſophiſtę more exacuens: qua vera falſis permiſcens interiori loquatur homini rem penitus noxiam ſed honeſto velatā tegmine perſuaſurus: imprimis aſſerit (quod ſumma veritate ſubnixum dubitari non poteſt) quieto pectore nihil eſſe præſtantius: idq; frequenti ſilentio q̄ optime colligi: ſuperuacaneis econtrario fabulamentis triſtiſſime diſſipari. Porro religioſę taciturnitati oratorium refectoriumq; prorſus obſiſtere nihil: cum vtrumq; priſci monachorū patres perenni ſilentio voluerint eſſe dicatum. Cæterum vbi ad ea loca ventum fuerit in quibus religione pari non eſt linguæ cuncta loquendi præciſa libertas: aut vix aut nullo pacto fieri poſſe: q̄n in verba volubile membrum erumpat. Et quis vel a neceſſitate vel ab hōeſtate ſermōis frequēter

naſcatur exordium: procedente tamen paulatim oratione: facillime neſcio quid interſeritur quod dixiſſe pœniteat potius q̃ delectet. Proinde abbatem deſipere penitus: qui a cella monachum niſi cum diuinis officiis debita flagitauerit hora imperioſa iuſſione diuellit. Debere patrem ſubditorum ſibi filiorum: fratrumq; conſulere qua poteſt ac prouidere ſaluti. Non oportere rem tantam temere ĩ diſcrimen adduci. Sed neq; id ſatis eſſe ſi pro viribus curet abbas ne quid grex ſubiectus periculi patiatur: niſi etiã vniuerſę congregationi quam & paterna ſollicitudine proſequi & materno amare debet affectu ſpiritalis quotidie ſtudeat lucra cumulare profectus. Proinde in his obtemperandum non eſſe quæ ſaluti quoquo pacto nec accõmoda nec amica videantur. Quod ſi ſemel receperit monachus, ſyncereq; conſentaneum crediderit veritati: ĩtolerabilem ante omnia pręclara faciet obedientia iacturam, ſine qua tam poteſt qs eſſe monachus: q̃ vel citra lacertos & arma miles: vel abſq; ſcientia litteratus.

Neglectorem obedientiæ monachum in pertinaciã quoq; neceſſario prolabi: q; debita regulam veneratione minime ꝓſequatur. Ca. II.

Itaq; ſi cupiam ſic affecto quicq̃ vel leuioris operę vel operis laborioſi iniungere velle cœperit abbas: primũ quidem fucatis excuſatiunculis: iubentis ſubterfugere nitetur imperia: niſi forte eiuſmodi erunt quæ intra cubiculi ſepta haud ĩcommode poſſint abſolui. Quale eſt trãſcribere exemplaria: colligare codices: tricata frequentibꝰ retia ſinuare plagis: & cætera id genus. Quæ tamen & ipſa totus aſpernabitur: ſi forte ſuapte natura deſidioſus erit: &

ſoporifera quadam inertia omnem fugitans abiectanſq; laborem. Vitium plane turpiſſimum & virili ſtrenuitati penitus initiũ: effœminandiſq; mentibus perq̃ efficax. Quod cum deteſtandum ſit omnibus tum monacho præcipue haud ſecus atq; peſtis atrociſſima fugiendum. Poterit etiam fieri vt nimius iſte ſecretę ſolitudinis affectator: quiete torpida minime delectatus: quicquid tamen manibus brachiove peragitur operis exoſum habeat atq; ſuſpectum. Nouit enim callidiſſimus ille veterator & primigenum totius nequitię caput (cum videlicet probãdi cuiuſpiam gratia ipſius verſutię nõ obſiſtit illa rerum gubernatrix omniũ oĩpotẽſq; maieſtas) nouit ĩquã ſacras cumulare meditatiũculas: liquefacere pectora optatas educere lachrymulas qbus deuotus cellicola veluti cœleſti quodam xeniolo copioſius exhilaratus: atrociſſimam ſibi factam putet iniuriã ſi quando vel ad horulam a dilecta ſolitudine diuellatur. Quacũq; igitur occaſione tacitos quis amet amplectaturq; ſeceſſus: ſi quid ei (vt iam dictum eſt) operis aliquando fuerit iniunctum: honeſta primum parabit effugiola. Qꝫ ſi forte immotus in imperii ſententia ſtabiliſq; perſtiterit abbas: & is cui imperatur litteris præditus erit: libera iam voce fatebitur talibus ſe præceptis obtemperare non poſſe: Ad verum pertinere patrem ne dilectos ſibi filios vlli ſalutis diſcrimini patiatur exponi. Sed ne id quidem ſatis eſſe: niſi etiam eiſdem lętos ſpiritalium lucrorum conetur augere prouentus: Iniuſtum eſſe a meditatione: lectione: oratione: ſilentio: contemplatione (quæ ſunt præcipua ſanctæ religionis inſignia) monachũ quoquomõ ſeparari: niſi forte vel ſumma cogat neceſſitas: vel vtilitatis haud exiguę flagitare videat honeſtas. Totos deniq; viuacioris ingenii neruos intendet: vt hãc ipſam firmet defendat tueaturq; ſententiã. Moleſta atq; ĩtolerabilis plane ſarcina immo vero vir⁹ q̃tetertimũ: ĩgenio deprauato ꝓpriæq; ſentẽtię monach⁹: atq; idẽ litteras habẽs. Habitãt em̃ nõ optie.

ſiat te protectore domine Ieſu: ne quando noſtros tam hor
renda lues contaminet/ingnet/fœdetq; cõuentus. Sin autẽ
cum litteris nihil habebit cõmercii ſalubribus tandẽ maio
rum peritiorumq; monitis audiens erit: niſi forte rebellis p
tinaciæ (qua ſub cœlo nihil eſt execratius) perq̃ peſtilenti
morbo laborabit. Qꝫ ſi tenuioris ac fere nulli⁹ erit litteratu
rę ſuas tamen ipſius interpretatiunculas (quod interdũ cõ
tingere ſolet) vel grauiſſimis catholicorum patrum ſentẽ
tiis pluris facere doctus: profecto nec iſtiuſmodi ĩgenio ho-
minem ab ea qua ſemel niti cœperit opinione: niſi ſola diui
næ potentiæ manus auellet. Atq; vtinam ineffabili largiſ-
ſimæ tuæ beneficentiæ dono clæmentiſſime Ieſu nemo pro
priis deditus opiniunculis ſiue litterarum egenus ſiue peri
tus erit: monachum ſe vano mẽtiatur amictu. Itaq; ſi quem
piam ex hoc trifario genere nactus abbas: eumq; iuſtiſſime
cõmunis obedientię legi ſubiicere volẽs: aſperioribus incre
pare ſermonibus: cuti laceris diſſerpere virgis: macilẽtis ex
tenuare ieiuniis cœperit: & ille nondum omnem ſibi firma
ta ſponſione pręſciderit abeundi facultatem: ſi verecundi-
uſcul⁹ erit: opportuni captata temporis hora: fuga clancu-
lum elabetur. Sin vero non deerit audacia: reiecta vel in om
nium cõſpectu cuculla aperte profitebitur eo in loco ſe mi-
nime commorari poſſe: vbi nomine tenus tãtum florere re-
ligio videatur. Qꝫ ſi pollicitatiõe facta (quã trito ꝓfeſſiõis
cẽſemus vocabulo) nulla iã reliqua erit egrediẽdi libertas/
viderit ſane quid acturus ſit abbas: longe plus fortaſſis aſtu
tia atq; modeſtia q̃ crepitante crebreſcentium verborũ ver
berumq; tonitruo profecturus. Verum ne quis aliquando
(ſeu neophitus erit ille ſeu monachus) aut nimio ſecretæ
ſolitudinis amore ludat̃: aut alio quolibet abducat̃ errore:
magiſtrã dominãq; regulã ad quã velit adamuſſim ſunt di
rigẽdi corrigendiq; mores tanti facere norit: vt perſuaſiſſi-
mum habeat: nullam ſibi doctrinam pl⁹ optimi lucri: plus
glorioſiſſimi nunq̃q; perituri fructus allaturam. Et hæc q-

dem latius proſecuti ſumus: ꝓpterea ꝙ obiter tantũ paulo ante dixeramus eatenus colendã monacho cellã quatenus in hoc illi veneranda vel prælati vel regulæ imperãtis authoritas minime repugnaret.

Quis vere iuxta glorioſi Bernardi ſentẽtiam monachus dicatur. Cap. III.

Fideli proĩde tenẽdũ memoria: eũ ſibi demũ (iuxta ꝓclaram diui Bernardi ſentẽtiam) illuſtre monachi nomẽ haud immerito vendicare poſſe: q dicatã deuotamꝙ Chriſto mẽtẽ: inuocato diuinę ꝓſidio gratię inter pſallendũ tota virtute continens ꝑ varios ſuꝑuacaneoſꝙ cogitatus: q̃ minimum diſtrahi patit̃: nihil eoꝝ q̃ ꝓnũciat incõſideratũ ꝑterire ſinens: ſingulas quaſꝙ ſententias accomodato ſequẽs affectu. Qui & in capitulo ſiue liberior in eũ tonuerit accuſatio: ſiue qd aſperi⁹ ĩ illũ ꝑſidẽs mordaciuſcule fuerit iaculat⁹: impat aĩo: linguã frenat: vultui: manib⁹: totiꝙ deniꝙ corpi ne qd indecore geſtiat: tota circũſpectione moderat̃: ĩpenetrabili videlicet fortioris patiẽtię lorica ꝓtect⁹. Qui ẽt ſiue inſerẽdis holuſculis: hortoꝙ colẽdo: vellendiſve ſpinis: cõportãdis lignis aut alio quolibet labore commune cũ reliqs exhibẽs opã: nec riſu ſoluit̃: nec toruo queq̃ cõtriſtat aſpectu: nec verbulũ ꝓfert: niſi qᵈ vel extorſerit legitima neceſſitas: vel religioſa flagitarit hõeſtas. Sancta videlicet & ea multiplici cogitatiõe gñoſum reſpſus aĩm monaſticæꝙ nullaten⁹ ĩmemor diſciplinæ. Qui etiamnum ſacros lectitando codices: optimos quoſꝙ ſenſus accuratiore trutina librare cõſueſcit: ꝑ q̃ ſollicitus elaborãs ne qs ſaluberrimo cõtrarius ſacrę lectionis ſtudio cogitat⁹: ĩportun⁹ diuini ſermonis ĩterpellator irrũpat: legẽtẽꝙ neceſſaria neqter meditatione fruſtret̃. Quiꝙ nũq̃ ſine fructu librũ ponete doctus ſemp refert aliqd: qᵈ mũdorũ aĩaliũ more: cũ multa bonæ mẽtis alacritate: aut cũ putili ſalutiferoꝙ mœrore

ruminando ſcrutetur. Inſuper ab optimo rerum patre quęcũq; ſibi neceſſaria perſpexerit oratione ſupplici petiturus quanta valet induſtria flammantes ignitoſq; ſurſum iaculatur affectus: haud mediocriter veritus ne ſi forte remiſſior ęquo tepentiorq; veluti langueſcere cœpit oratio: altiſſimũ illud magnificentiſſimæ trinitatis ſoliũ conſcẽdere minime poſſit. Qui tñ inter hęc oĩa: non ſolũ fideli diuinarum literarũ teſtimonio: verũetiã ꝓpria doctus expientia: maiora ſemper illi ſpiritalis pugnæ certamina cumulari nõ ãbigit: quẽ ꝓficiẽdi vehemẽter inuaſerit: rapuerit: ĩflãmaritq; cupido. Quãobrẽ ꝑ virib9 cauet ne quacũq; emerſerit occaſione tentatio: ſiue latẽter ſubrepẽs: ſiue potẽter oppugnãs intemeratã corpis aĩq; caſtimoniã quoquo pacto corrũpat. Qui poſtremo nec ſuccedentibus ex ſententia rebus: aut ipſa quoq; ſpe copioſius affluẽtib9: ãplectẽdę ſemp humilitatis obliuiſcit̃: nec cõfertiſſimis e regione multiplicis aſperiorisq; moleſte ruẽtibus nymbis: a cõtinua in clæmẽtiſſimũ deq; gratitudĩe penniq; laudatę pſeuerãtię ſtudio reuocat̃. Hæc q pfecerit aliqñ nõ vacuã fugacẽq; pclari noĩs oſtẽtabit vmbrã: ſed veraci ꝓbatiſſimoꝝ facinorũ teſtimonio monach9 merebit̃ appellari. Verũ ne qs pura nos melliflui Bernardi verba in mediũ putet adducere noluiſſe: hæc eſt eius minime ſterilis/aureaq; refulgens breuitate ſentẽtia: quam indignus ego inepta licet haud ĩuitus cõmemoratione tractaui. Ille ingt monachus ẽ q deuotionẽ tenet in choro: patiẽtiã in capitulo: diſciplinã in labore: meditationẽ in lectione: feruorẽ in oratiõe: caſtitatẽ in tẽtatione: humilitatẽ in ꝓſperis: tolerãtiã in aduerſis. Sed quot9 qſq; eſt q hoc noſtro præſertim in denſiſſimis iacente fœcibus ſæculo tam raris maximarum rerum titulis præclarus euadat? Si quis tamẽ ad hoc ſublimitatis diuino ſubnixus adiutorio / quandoq; pertingere poterit: non modo cœnobium: ſed & orbem vniuerſum: perinde atq; deſertiſſimam aliquam ſolitudinem reſpiciet: nec ab adepta facile poterit trãquillitate diuelli.

Cõſũmatũ cœnobitã vbicũq; fuerit ſolitariũ eẽ. Cap. IIII.

ID autem quo credibilius fiat: manifeſti
oribus nobis eſt rationibus aſſerendum.
Itaqꝫ (quod perſpicuũ ſatis ẽ) monachi
vocabulũ a græcis mutuati ſumꝰ. Qđ
ſi græcũ latine ſcientẽ aut latinũ græce
doctũ vnoquoqꝫ verbo reddere iuſſeris:
ſolitarii nomen indere non cunctabitur
ei quem nos communi cum græcis vocabulo monachum
appellamus. Igitur aut ſolis anachoretis qui ꝓcul ab huma
nis agunt aſpectibꝰ: & ab omni mortalium ſunt conſuetu-
dine ſepati id noĩs cõuenire putandũ eſt: nec eo cẽſeri debẽt
qui in cœnobiis habitant (quippe qui & in diuinis exoluen
dis laudibus ciboqꝫ ſumendo ſemper vna ſociantur: & al-
ternis interdum collogis animos ſeſe mutuo in domino fru
entes oblectant) Aut certam aliquam ſolitudinem: pro-
ferre neceſſe eſt: a qua cœnobita quoqꝫ: ſuæ profeſſioni vi-
ta moribuſqꝫ reſpondẽs: haud abſurde monachus appella-
ri poſſe videat. Quæ quoqꝫ ſolitudo nõ ſit anguſtis arctio-
ris cellulę finibꝰ metienda: vñ poſſit quotidie monachꝰ im
patoria ꝓſidẽtis iuſſiõe facile ſepari. Hãc itaqꝫ ſolitudinẽ ne
fruſtra curioſiꝰ ĩdagemꝰ: diuinũ cõſulamꝰ pſalmographũ
ꝗ nobis hac in ꝑte tãta reſpõdebit vbertate: vt qđ ꝑterea re-
gramus ipſi fateamur ſupeſſe nihil. Beatꝰ inqt vir ꝗ nõ abi-
it in cõſilio ĩpioꝝ. Et qd tãdẽ affers dicet forſitan aliqs. Er-
gone hoc eſt in ſolitudĩe cõſiſtere? aut hoc tãti faciẽdũ ẽ vt
beatꝰ ꝓnũciari merito debeat: qſqs ea ſe lege cõſtrixerit ne
qd aliqñ tale cõmittat? Quid ſi qs ĩpiorũ ſuſpecta ꝓrſus ha
bens cõuenticula: eoꝝqꝫ deteſtãda veſania minime delecta
tus: latrões: ſicarios: ſcortatores: ebrioſos: raptores: alea lu
dẽtes: falſarios diuinos cęteroſqꝫ id genꝰ flagitioſos æmu-
lari noluerit eoꝝqꝫ ſẽp execrãdo collegio q̃uis rõne fœdera
ri? Parũ hoc ẽ frẽs. Nõ deerũt ꝗ fortaſſis ętnas apđ ĩferos da-
turi ſũt pœnas quos tamẽ tale nihil admiſiſſe cõſtabit. Eſt

igitur memorata ſentētia(quod& catholici fecere patres) ſublimiori longe ingenio veſtiganda. Beatus vir inquit q non abiit in conſilio impiorū. Res magna beatitudo & qua præſtātior eſſe non poſſit. Sublime igitur & arduū ſit oportet: quo tandem efficitur vt tam excellenti munere quiſq̄ donetur. Quid ergo ſibi vult qui nō abiit in conſilio impiorum? Nempe impius eſt immouero primus omnis īpietātis author: quem mundi id ē carnaliter nequiterq; viuētiū principem dominus appellauit. Vnde conſequens eſt: qcquid ab eo proficiſcitur aut impium prorſus eſſe: aut eo p̄tinere: quo turpi generoſam mētem impietate tandem aliquando fœdet atq; corrumpat. Impiū eſt præterea quicq̄d aduerſus ſpiritum caro lubrica concupiſcit. Impii poſtremo ſunt homines quotquot videlicet eorum quippiam diuinę contrarium legi: aut libenter amplectūtur: aut(quod multo eſt execratius)cæteris quoq; perſuadere conantur. Itaq; ſi nec carni in animi perniciem quęcunq; minus expediunt immo vero perq̄ grauiter obſunt petulantius appetenti nec ſpiritalibus inimicis īprobiſſima quæq; perſuadere curantibus nec cuiq̄ deniq; mortalium a iuſtiſſima ſummi parentis voluntate diſcrepanti audientes eſſe voluerimus: ab omni in vniuerſum impiorum cōſilio q̄ta oportet intercapedine diuidemur. Cōſidera autem nunc ſi libet attentius: q̄ ſit ſolitarius quiſquis ille eſt: cui decretū eſt omnino: cuiq; fixū animo imotūq; ſedet: ab omni ſemp impiorum conſilio q̄ lōgiſſime valebit abeſſe. Geſſit fortaſſis(exempli cauſa)dixit ve quippiam quod affici laude conſiderat atq; extolli: deliniri ſentit animū: blanduloq; exortę laudiculę fauore mulceri: iam pauefactus reſilit: & primogenitam tartarei principis ſobolem: ſuperbiam recolēs: ianēq; gloriolā turgidioris ſuperbię prolē non ignorans: ipſius peſtifero totus metuit attaminari veneno. Aut ſe tenaciorē iuſto ſuapte natura conſiderat neceſſariaq; pulcherrię liberalitatis moderamīa neſciētē rerū diſpenſator eſſe formi

dat: ne & propriũ fœda turpioris auaritiæ lue cõtemeret aĩ mum: & grauiori præterea culpæ teneatur obnoxius: dum multiplicem cæteris præbet quotidiani murmuris occaſio nem. Aut fortaſſe vagulas ſenſim laſciuiuſcularum rerũ co gitatiunculas irrepere videt: obſiſtit q̃ poteſt celerrime: & ab illarum illecebroſis oblectamentis remotiſſimus eſſe la borat: in monſtri nimirum turpiſſimi teterrimas pauitans incidere fauces: a quo tanto quiſq; voratur rapidius: q̃to ne quiſſimę gratiora ſunt ac magis applaudentia carni: q̃ tũc male geſtientis animi luminibus obuerſantur. Itaq; dum hæc ſollicitus cauet: dumq; ſimili per ſingulas cuiuſq; vitii peſtes iudicio ducitur: in ſublimi propriæ mentis culmine ſedulus vigilantiſſimuſq; prę ſideat ſpeculator oportet. Ne q; enim a peccatis tantum: ſed ab eorum quoq; multifariis occaſionibus tota ſibi cauet ſolertia: ne forte per impruden tiam confidentiamve prolapſus: habeat quod repræhende re quidem poſſit: reuocare vero atq; infectum reddere mini me. Igitur in colloquiis ſuſpectum habet: indecentem ver borum euagationem: ſtultiloquentiam/leuitatem/vanita tem/ſcurrilitatem/mendacium/riſum liberiorem/male ſo noros inſipidoſq; cachinnos/iactãtiã/adulationẽ/ſuſpicio nẽ/iudiciũ temerariũ/ detractionẽ/fraternive nominis of fuſcationem: & quicquid poſtremo a virtutum regina cha ritate pulchraq; morum optimorum honeſtate diſſentit. Cæterum vbi forte liberiuſcule ſermo protrahitur (quoni am vix fieri poteſt quin in aliquid verę obnoxium reprę hen ſioni inconſideratius incidatur) venerandam meditabun di ſilentii diſciplinam & amare & obſeruare perſuadetur: optimam nimirum procacioris linguę cuſtodem. In refecti one vero corporali ſuſpectam habet voracitatem/curioſita tem immoderatam voluptatem: & ad vltimũ plenam ab ſolutamq; ſaturitatem: quoniam ab ea procedere certum ẽ ingratiſſimam quãdam depreſſioris aĩ grauedinem: qua & eo pacto plærunq; deiicitur: vt nec lectiõi: nec orationi: nec

religioſo cuiuis exercitio prõpta ſe atq; expedita poſſit ala-
critudine coaptare. In his vero mẽſis q̃ nõ ſunt grauiſſimis
ęterni ſilentii legib⁹ conſecratæ: linguę metuit volubilita-
tẽ: largiuſculãq; quã ſuauiora parere pocula conſueuere lę-
titiã: perq̃ idoneam profecto parandæ loquacitatis augen-
dæq; magiſtram. Porro in qete productiores metuit grauio
ris ſomni moras. Non ꝙ culpę cuiuſpiã reũ faciant eum cu
ius nõ eſt altioris huiuſmodi quietis diuturna protractio
ſubdita poteſtati: ſed ꝙ ſurgenti: virili prorſus atq; animo-
ſa ſtrenuitate peropus ſit: qua videlicet fortiſſimus ponde-
roſioris ſomnolentiæ triumphator euadat: eo quidẽ pacto:
nę creſcente paulatim inter pſallendũ torpedine: fructifero
conſiderandorũ pſalmorum ſtudio: religioſaq; reſidui toti
us (vt paucis abſoluam) officii dormitabundus attentiõe
fraudetur. Neq; enim deerunt impii aut hac aut illa ratio-
ne (ſi poterunt) perſuaſuri ne magni admodum faciat re-
creandi corpuſculi gratia non ſemper diuinarum laudum
modulis intereſſe. In ea vero quiete quæ poſt nocturnas ad
mittitur vigilias vel maxime perhorreſcit gliſcentem lum
borum pruriginem: quamq; ab ea naſci conſtat exoſam ter
q; quaterq; ſordidationem. Rurſus in vigilia nimiam vere-
tur prolixitatem: vniuerſalem totius corpuſculi laſſitudi-
nem: fatigatioris cerebri caligationem: & quã hinc oriri cõ-
pertiſſimum eſt omnis boni feruoris (quam deuotionem ſo
lemus appellare) iacturã. Perpetua deniq; ſollicitudo: quę
q; ne puncto quidem temporis eius deſerit animum: hęc ẽ:
nequando minus diligere: neue minus æquo ipſi in primis
rerum authori omniq; deinde propter illum humanę crea-
turæ ſubiectus inueniatur. Et quidem hæc omnia propter-
ea ꝙ ea ad impiorum conſilia pertinere non ambigit: ſtudio
ſius extimeſcit. Videns igitur tam multigena impiorum
conſilia abs ſe vitari non poſſe: niſi clæmentiſſimo deo to-
tus inſeparabili fœdere cohæreſcat: continuos in illum in-
fatigabileſq; deuotę mentis attollit oculos: nihil eorum q-

bus ab eo diuelli queat contemplari dignatus. Hæc eſt fratres illa ſolitudo quæ conſummatos nouit efficere cœnobitas: quæ nec exiguis anguſtioris cubiculi ſeptis arctatur: quãq; (vt pauloante dictum eſt) non cœnobium modo verumetiam orbem monachus vniuerſum: ꝑinde atq; deſertiſſimam aliquam ſolitudinem reſpiciẽdam arbitratur. Poſtremo citra ſolitudinem hanc: nec anachoreta quiſq̃ quantouis interuallo ab humana fuerit conuerſatione ſeiunct⁹: vero poteſt monachi nomine gloriari.

Memoratæ ſolitudinis amore deditos deo ſęculares: vel ad monaſteria pertrahi: vel in ſæculo deo diſponente conſiſtentes optimis etiã monachis fieri meliores. Cap. V.

HAec autem quæ de fugiendis impiorum conſiliis ſummatim perſtrinximus: vbi forte cuiq̃ in ſęculo conſiſtenti paulo euidentius luceſcere cœperint: diuino videlicet igne interni ſenſus illuſtrante ſuccendenteq; lucernã: & ſic accẽdente: vt ille iã minime nutabundo conſtituat animo: ſtetq; ſententia tam ſalutiferam velle pro viribus maturare fugam: perſpiciens idem ipſe quem tãta proſequit̃ liberalitate ineffabilis piiſſimi beneficentia redemptoris: ad inſtitutum ſuum hominum cõſuetudinem non ſolum facere nihil: verumetiam impedimenti afferre q̃plurimum: quo minus in illa ſecretiore ſuę mẽtis arce ſoluſculus & dei & ſui ſpeculator conſiſtere poſſit: deſertis tandẽ viriliter oĩbus cœnobiũ expetit: in quo cũ paucis eiuſdẽ ꝓpoſiti fratribus in prædulci dilectiſſimi Ieſu famulatu vitã exigat vniuerſam. Sin autem aliter prouidente deo: in ſæculo perſtiterit (ſiquidem & illic fideles optimi dei ſeruos: & eos exempli rarioris inueniri iuſtiſſimũ eſt) aut optimos aliquando monachos ęquabit: aut apud oĩſpices ſupnæ maieſtatis

oculos etiam pręcipuis vel cœnobitis vel anachoretis præ
ſtantior apparebit. Olim nanq; illi veneratiſſimo patri:
illi tam ardenti faculę tamq; lucifero ſyderi (antonium lo
quor per vniuerſum terrarum orbem lõge lateq; vulgatũ)
coriarius quidam alexandrinus diuina prælatus eſt ſentẽ
tia. Eximio quoq; machario tantorum monachorum patri
celeberrimo duę ſunt antepoſitę matronę: quæ iugalibus
vtręq; vinculis tenebantur: maritaliſq; thori propriis obtẽ
perantes coniugibus (quod et ipſæ tanto patri ingenue ꝓ
feſſę ſunt) conſueta conſortia minime fugitabant. Erramꝰ
fratres erramus & quidem vehemẽtiſſime: ſi remota ſecre
tioris loci ſolitudine carnium abdicatione: exteriorum ve
nuſta ceremoniarum decentia: cæteriſq; id genus honeſta
tulis: religioſę vitæ ſanctimoniam perfectionẽq; metimur.
Sola eſt quam pauloante memorauimus ſolitudinem: quę
monachos eius quo dicuntur nominis claritudine dignos
efficere nouit.

Impiorum cõſilia perfecte fugere poſſe ne minem: niſi diuinę quoq; legis meditatio ne quotidie gaudeat exercitari. Ca. VI.

AT vero conſummatã multiformis impi-
orum cõſilii id eſt omnigeni criminis vi-
tiiq; fugam inire prorſus poteſt nemo: ni
ſi ſaluberrima diuinę quoq; legis medita-
tione magnifice delectatus: in ea ſibi no-
ctes dieſq; decreuerit eſſe verſandũ. Non
autem eam tantum dico meditationem
quæ cogitatione intellectuſve perſpicacia ſola peragitur:
ſed & eam quæ ſanctis deoq; probatis operibus: alacriore ꝑ
ſeuerantia fideliter exhibetur. Nam pro exercitatione me
ditationem vſurpari ſolere grammatici non ignorant. Ne
ceſſe ẽ igiť vt qſqs ab oĩ a formidãdo re noxia: id ẽ ſordidã-

tis peccati contagio q̄ lōgiſſime ſemꝑ abeſſe voluerit (et enim preter iniquiſſimam cœleſtium mandatorum tranſgreſſionem quam vel ſolā iuſtiſſimus deteſtatur deus certum prorſus eſt obeſſe poſſe nihil) neceſſe eſt inquam vt in ea ipſa ſupernarum legum meditatione perſuaſum penitꝰ habeat ſummum præſentis vitæ conſtitutum eſſe bonum ſummamq; cui nec aliam(ſi ſapiat)quouis pacto velit anteponere voluptatem. Quiſquis enim id boni dum adhuc cathenis corporeis cōpeditus miſer obſtrīgitur animꝰ qua poteſt amplectitur: non eſt quod diffidat immarceſſibili tādem perennium ſe bonorum beataq; copia fruiturū. Porro in cauendis fugiendiſq; vitiis: eorumq; illecebroſis oblectamentis: atq; ad vltimum occaſiunculis vniuerſis: labor eſt & ipſe non minimus: quod tanto cuiq; perſpectius eſt: q̄to ſuſpectius quicquid a iuſtiſſimis æterni principis cognoſcitur abhorrere decretis. Huic itaq; labori niſi quippiam bonæ voluptatis acceſſerit nunq̄ poterit tam graue pondus indefeſſa longanimitate portari. Quid autem dulcius: qd ſuauius: quid delectabilius: q̄ diuinam purioribus reuelatę mentis oculis contēplari voluntatem! Si enim ars illa perſuaſoria quam ſibi dicendi periti vendicant oratores ſed & ea quæ modulandi carminis eſt magiſtra quin & ars illa litterata quæ mutuato a gręcis vocabulo grāmatice dicitur tantis voluptatum reſperſa ſcatet illecebris: vt in ea plęriq; extremę quoq; ſenectutis dies abſumere minime vereantur: putamus ne mirificę cuiuſdam verę q; delectationis expertem eſſe ſcientiam illam quæ nos dulciſſimā cōditoris noſtri docet explorare voluntatem! Ideoq; poſteaq̄ beatum propheta virum pronūciauit eum qui in conſilio impiorū non abiſſet: paucis interpoſitis illico ſecutus adiunxit. Sed in lege domini volūtas eius & ī lege eius meditabitur die ac nocte. Voluntas inquit non intellectus. Siquidem non intellectus voluntati: ſed intellectui regina nouit imperitare voluntas.

Quęnam ſit diuina lex. Cap. VII.

CAeterū dominica lex ī qua viro iuſto tota mentis eſt intentione nullo non tempore meditādū: quęnā credi debet alia niſi illa ipſa de qua iāiā cœpit haberi ſermo: illa inquā optimi ſummiq; parētis īiuſta nūq̄ totoq; puri cordis affectu & venerāda religioſius: & ſtuioſius amplectenda peramandaq; voluntas: Audi fidele veritatis teſtimoniū in hæc verba contextum. Non omnis inquit qui dicit mihi domine domine intrabit ī regnū cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: hic ītrabit in regnū cælorum. O perpetuo inquiſitionis ſedulæ ſtudio: o perēni digna veneratione voluntas. huius nimirum ſtudioſa meditatio terrenis deditos (ſi tamen minime pertinaces inuenerit) potēter reuocat animos: atq; ad altiora ſublatos ſuo conciliat ſtabiliq; fœdere cōiūgit authori. Purgatiores vero maiori perfectione donatos: magis ī dies magiſq; dilecto reddit cōditori vicinos. Huic itaq; legum omnium a mortalibus irrepręhenſibili diſpoſitione cōditarum primæ pręcipuęq; parenti quicquid aſſonat rectum: quicquid item abſonat prauum diſtortumq; dubitari non debet. Quæ cū ita ſe habeāt: non vetꝰ mō nouumq; teſtamētum (quas peculiari nomine ſacras litteras catholica vocat eccleſia) diuinā debemꝰ accipere legē: verū etiam quicquid vtriq; concors aſſentaneumq; chriſtiani vl' ſcripſere vel inſtituere doctores: ſed & quicquid ī finem vſq; ſæculorum eodē ſpiritu ꝑferetur auctore. Liquet ergo cœnobiticas quoq; regulas a nomīatiſſimis monachorū pricipibus cęlitus excogitatas atq; cōſcriptas diuinæ volūtatis appellatione nullo pacto fraudādas. Vſq; adeo quā qſq; ſpōtanea volūtate vitę morūq; ſuorū ducē ſemel amplexatꝰ eſt regulā legē debet arbitrari diuinā: intātū inquā vt niſi illā donec humana deſerat fideli fuerit obſeruatione veneratus: etiam ſi aſperiora

multo durioraq; ſequat̃:nihil tamen illi ꝓfutura ſint vnq̃
quãdoqdẽ ea deſerta qdlibet arduũ ſublime ve tẽtauerit:
ꝓprię poti⁹ conuincetur q̃ diuinæ morem gerere volũtati.

Voluntatem diuinam haud abſurde charitatem
vocari. Ca. VIII.

Licet em̃ & vniuerſę litteræ ſacræ: & quic-
qd eccleſiaſtici ſupno afflati numine cõ-
ſcripſere patres: ad patefaciẽdã mortali-
bus diuinã ꝑtineat voluntatem:eã tamẽ
(et quidẽ nihil erraturi):vno dilectionis
vocabulo cõpręhendere poſſe videmur.
Etem̃ rerũ omniũ(quarũ pars humanis
eſt aſpectibus peruia:pars corporeis iuſurpata luminibus)
perq̃ ſtupẽda creatio:ſapiẽtiſſima gubernatio:ꝑpetua deni
q; cõſeruatio manifeſta benignitat(ieffabilis ĩdex:qdnã ali
ud niſi euidentiſſima ſunt diuini in nos amoris argumẽta?
Præterea ꝙ tãtis ĩgratos benificiis ſacrilegaq; peccãtes li-
cẽtia nõ illico ferit:ſed mira lõganimitate ſuſtinẽs:ml'tifa-
riã vocat. monet ĩuitat vt cõuerſos ac emẽdatos beatitu-
dine donet æterna:qd aliud eſſe dixerimus niſi ĩcredibilis ĩ
noſtrũ genus amoris indiciũ penitus manifeſtũ? Poſtremo
(vt cętera beneficia ſilẽtio trãſeã:qbus enumerãdis mor-
taliũ parẽ crediderĩ neminẽ)ꝙ vnigenitũ filiũ ſuũ ſaluãdi
noſtri gratia tã ignominioſa tamq; acerba voluerit morte
mulctari:qd tãdẽ eſt aliud:niſi ĩmenſum quoddã pelagus
flammigerę nimium prorſuſq; feruẽtiſſimę charitatis: cui
ꝓ merito cõmẽdandę nec vniuerſa ſupernorũ ſpirituũ ſuf-
ficiat multitudo? Adde ꝙ & illa quę minus circũſpecti ad
ſolũ exiſtimãt ꝑtinere rigorẽ:certiſſima ſunt paternæ dile-
ctionis argumenta. Eos enim quos plurimi facit ꝙ grauio
rib⁹ fere ſemp afficiat atq; affligat erũnis:nũq̃ ꝓcul dubio
faceret ſi nõ eos vehementiore q̃ credi poſſit ãplecteret̃ a-
more. Purgatos nãq; ml'taq; ꝓbatos patiẽtia:magnificẽtiſ
ſimis geſtit honorare coronis Deniq; ꝙ ĩ eos quos ĩflexili

prauæ mentis obſtinatione pererrare delectat nunq̃ deſituris animaduertit incẽdiis: & hoc nimirum facit honoris habens proprii quem prorſus nequit cõtemnere ratione. Cum ſit enim ipſe indeficiens ſempiterna conſummataq; bonitas: ſeſe totus amet neceſſe eſt. Non autem verus ſuipſius videretur amator: ſi leges abs ſe iuſtiſſime conditas impune temerari ſineret: atq; contemni. Id enim tolerans iuſtitiæ potentiæq; credi poſſet immunis: qua ſi careret prorſus deus eſſe non poſſet. Itaq; cum in omnibus amoris apđ illum ratio inuiolata perſiſtat: nobis quoq; quos ſui quãtũ per nos fieri poteſt: optat eſſe ſimillimos dulciſſime præcipit: ne quid omnino gerere ſanctæ charitatis immemores audeamus. Audiamus apoſtolum: aut ipſam potius per os apoſtoli intonantem dei noſtri maieſtatem. Omnia inquit veſtra in charitate fiant. Liquet ergo diuinam (vt dixim⁹) voluntatem præclaro charitatis vocabulo haud inepte cõprehendi.

Eam ſolitudinem quam diuinæ legis meditatio parit non exigui temporis ſpacio cõparari: ideoq; ſecretum interea cellulę ſtudioſius amplectendum. Cap. IX.

QViſquis autem eo peruenit aliquando: vt aſſiduus ſincerusq; diuinæ legis voluntatis/charitatiſue / nõ ſpeculator modo: ſed & operator euadat (ſũt enim clariſſima diuinæ teſtimonia charitatis illę quas ſacras nominamus amplectimurq; lr̃as: & q̃cquid ſaluti noſtræ ꝓfuturũ ſancti mẽorię ꝓdidere doctores) is nimirum ſolus erit ſemper. i. in arcano propriæ mentis (vt diximus) cubiculo deliteſcens: etiã ſi in media ꝑſtrepẽtis turbæ tumultuatione verſetur. Tales. n. fideles

erāt patriarchę prophetę patientiſſimi apoſtoli copioſiore ſancti ſpiritus igne flagrantes: eorū quotquot olim fuere deuotiſſimi ſucceſſores: quos nec locorum mutatio crebra nec rerū etiā neceſſariarū pœnuria frequēs: nec hoīnū improborū cumulatiores moleſtię: nec qcqd deniq cogitari dici ve poteſt a tā deſiderabili ſolitudine quoquo mō reddere potuit alienos. Quis em̄ in pferēdis tētationū multigenarū īportunitatibus: affectionib9 domitandis: cauēdis in vniuerſum vitiis: virtutibus ad vltimū vigilāti9 aggregādis haud mediocrem conſtet eſſe laborem: dulceſcit ille tamen ſuauiſſimo ſacrarum perfuſus nectare litterarū. Quod enim multa fide probatum glorioſus aſtruit hieronymus dicens ama ſciētiam ſcripturarū & carnis vitia nō amabis: non eo limite ſtringendum reor: quaſi cœleſtium amore litterarum ſola poſſit ſuperari libido: qn potius omne prorſus vitiorum genus: quandoquidem quicquid ſupno reclamat arbitrio: ad carnē merito pertinere cenſetur. Hæc eſt igitur illa ſolitudo quę cum ſtabili fuerit poſſeſſione vindicata monachum exactiſſime perficit atq cōſummat. Sed nō eſt hoc diei vni9 exigui ve temporis opus. Grādis interim copioſaq neceſſaria patientia eſt: & ardentior in primis proficiendi perueniendiq voluntas. Quinetiā ſanctorum patrum exemplo pacatioris arcanum cellulæ amātius amplectendum. In qua videlicet paulatim diſcat lingua ſolas animo comitante clementiſſimi dei reſonare laudes. Animus ceſſante plærunq vocis miniſterio nūc ignitomas orationis odoriferę in cælum iaculari faces: Nunc fœcundiſſimos nulla adhibita lectione meditando ruminare pſalmos: aut ſi quid aliud de ſcripturis fidelis memoria ſeruat: nunc vero ſibi totus amareſcere: & veluti ſaluberrimo quodam felle reſpergi: nunc rurſus per patentes cœleſtis beneficentiæ campos lętiſſima quadam ambulatione ferri atq referri. Oculi talibus inhærente ſpiritu modo triſtibus: modo iucundis ac voluptuoſis lachrymulis

irrigari. Quinetiam eorum quæ ad animi prouentum minime pertinẽt intueri velle nihil. Aures ab ambiẽdis coerceri fabulis: atq; ab omni ſermone religioſę morum honeſtati grauitatiq; diſſentaneo: perinde atq; a mortifero pertinacius abhorrere veneno. Manus nunc opis petẽdę gratia leuari ſurſum: nunc flammãtia agitãte ſpiritus impetu pectora haud iani pulſatione ferire. Pedes vagos minieq; neceſſarios aſpnari diſcurſus: vniuerſum deniq; corp9 fideliter animo ſubiici: & quibus lętatur ille (quo ad fieri poteſt) ſimiliter oblectari. In hunc modum ſedula tandem exercitatione ad arduum pręclarumq; monaſticę perfectionis culmen aſcenditur: ſic immota trãquillitas poſſidetur: ſic vere ſolitaria tandem agitur vita: quam non locus ab humanis conſpectibus remotior efficit: ſed exutus omni terrenorum cupiditate virilior aĩmus: ſoliſq; cæleſtib9 (quatenus licet) inhianter intẽtus: ſine quo nec anachoreſis ipſa: glorioſa beataq; ſolitudinis laude meretur extolli.

Cuius hæc tam laudata ſolitudo putari debeat virtutis effectus. Ca. X.

HEc autem quam tanti (nec immerito) facimus ſolitudinẽ: qua quis videlicet accuratiſſimus propriæ mẽtis inſpector: ac puigili eiuſdem cuſtodia nulla ſe ratione permittit abduci: cuius potiſſimum virtutis: niſi præclarę morum imperatricis: ac regię charitatis, pfiteamur effectũ. Huius enim magnificas egregiaſq; laudes cum beatus proſequeretur apoſtolus: omnia charitatẽ credere ſperare ſuſtinere non ignarus quid diceret affirmauit. Credit itaq; qſquis charitate minime caret: quicquid inuiolabili catholice cõſtat authoritate ſubnixum. Credit ergo charitate ſincera ipſi rerum conditori gratius offerri poſſe nihil. Siquidem vnigenitus ipſe ſummi patris filius de ſuperis veniẽs:

gelidam penitus: penituſq; ſterilem pernicioſeq; nimis arē
tem decreuit inuiſere terram: vt ignem proferret ſaluificū:
quo rigidiore duriſſimi frigoris reſoluto gelu viuidiq; ſub
inde caloris potentius operante virtute: effecta tādem ali-
quando fœcūdior: fructus deinceps læta redderet expecta
tos. Hæc ſunt enim ipſius noſtri redēptoris verba dulciſſi-
ma: quæ ſine ſpiritali voluptate cogitari nō poſſunt. Ignē
inquit veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accenda
tur? Ignē hunc fratres idem ipſe q loquebatur: puriſſimum
ſuiipſius ītelligi voluit quo purgamur illuſtramur cōſum
mataq; tādem perfectione donamur amorem. Nam quid
aliud dulciſſimus ipſe noſter clęmentiſſimuſq; Ieſus: ab
ea hora qua in virgīnalem delapſus eſt vterum: ad id vſq;
tēporis quo cælos victor triūphantiſſimus repetiuit: qd in
q̄ geſſit aliud: aut quid illi curę cordive fuit: niſi vt ięſtima
bilē qua vl' ante ſæcula ī creaturā ſuā mira prorſus benigni
tate flagrabat: argumētis īnumeris oſtēderet charitatem?
Quę nimirū illis fruſtra cognoſcitur īpertita q nō eum a-
more quoq; mutuo q̄ poſſunt ſtudioſiſſime pſequuntur.
Ob id enim ſuę ante omnia voluntatis eſſe patenter aſſeru
it: vt idem in noſtris etiam mentibus ardor aſſiduis conua
leſcere non deſinat incrementis. Nam cum dixiſſet ignem
veni mittere in terram: illico ſecutus adiūxit: & quid volo
niſi vt accēdatur? Ac ſi apte diceret. Fallimini plane erra-
tiſq; vehemēter: ſi p talibus tātiſq; beneficiis quę cū nulli
debitor eſſem īſuper & grauiſſimis a vobis affectus īiuriis
ī vniuerſum genus veſtrū liberaliſſime collocaui: maius a
liqd mihi pcioſi⁹ ve dilectiōe mutua & ea fideli referre poſ
ſe putatis: Si grati cupitis eſſe iuſtiſſimā veſtri redēptoris
attēdite volūtatē. Etem̄ q̄tum ad me ptinet ignē veni mit
tere ī terrā. Dilexi prior. Nō obſcura ſūt flagrātiſſimi ī vos
mei amoris exēpla. Vel tā ſtudioſe prouocati: tandē aliqn̄
minus ſaltē repēdo ſeqmini. Videns igit̄ is qiā diligere cœ
pit piētiſſimo redēptori nihil accepti⁹ eē iugi flāmātis mini

meq̧ nutãtis amoris holocauſto: tã ſalutiferis ignibus nõ fouendis modo: verũ & exaggerãdis quotidianã ſtudet ſuppeditare materiã: donec certiſſimis in ſe geri ꝑſentiſcat indiciis: qd in illo nobiliſſimo cãticorũ cantico ſcriptũ legit̃ in hunc modũ. Fortis eſt vt mors dilectio. Appoſite nimis penituſq̧ quadranter. Sicut. n. nihil eorũ q̃ ſpirant tãta ſolidi roboris firmitate ſubſiſtit: qd non ter acuto carniuorę mortis dente q̃ celerrime conterat̃: ita quoq̧ nullꝰ diuino repugnãs parũve cõſentiens tã altas figere poteſt radices amor (ſiue conſanguineus ille ſit: ſiue ſodalicius: ſiue etiã ꝓpriꝰ ſiue diuitiarũ/ſiue gloriæ/ſiue voluptatis) q̧ nõ excreſcẽte ſupernæ charitatis flãma: totus inſupabili potẽtia conſumatur. Moxq̧ in eo pectore cui tam fœliciter ardere cõtigerit: ſolus benigniſſimi Ieſu viuit amor: regnat/ĩperat/atq̧ triũphat. Ipſamq̧ tã puriſſimæ charitatis ſinceritudinẽ inerrabilis quidã comitat̃ metus: ne forte tã p̃cioſum theſaurum nõ dico ꝑire: ſed vel ĩminui paululũ attaminarive contingat. Qd vbi factũ fuerit: fieri nullo mõ põt q̧n is qui ſic amat: ſuſpecta prorſus habeat oĩa: colloq̧a largiora/liberiora conuiuia/fauorabiles hoĩm plauſus: & q̧cq̧d poſtremo tã delicato nociturũ timeri merito põt amori. Hęc ẽ illa ſolitudo quã hactenus verbis nr̃is licet ineptulis ꝓſequi delectamur in qua ꝓculdubio totius ꝑfectionis ſũma conſiſtit.

Gregoriano teſtimonio p̃dicta firmãt̃. Cap. XI.

Nihil enim altiſſima charitate ſublimius: nec vltra cuiq̃ cõſcendere licet. Nam cũ ſingulis quibuſq̧ virtutibus propria ſũt officia (etenim verbi cauſa ne plus ęquo gloriæ ſemper appetens intumeſcat animus humilitas efficit: obedientia ne diuinis audeat repugnare mandatis quin potius eiſdem fideliter obſequi non deſiſtat: atq̧ in hũc modum cæterę virtutes omnes præter commune illud purgãdæ perficiendæq̧ mentis officium proprium aliquid habe

re minime dubitantur)ſola demũ charitas eſt:quæ diuinũ quodãmodo efficere nouit hominẽ: dũ illũ videlicet in eũ quem diligit id eſt ſummum rerum opificẽ authorẽ atq; pa rentem quatenus licet:conuertit atq; transformat. Id autẽ quonam pacto fiat:modulat⁹ eloquiorum ſacrorũ interp̃s oſtendit Gregorius. Qui memorata venerabilis epithalamii verba pertractans:ideo morti dilectionem cõparari fatetur:quia cuius animum flãmigera charitas ſemel perfecte poſſederit:oẽm in eo mũdi huius delectationẽ funditus extinguit. Conſideremus obſecro fratres: vna crebro velle colloqui:non laudandi conditoris animive tam illuſtrandi q̃ inflãmãdi gratia:ſed magis vt appetentię ſenſili mos geratur(dum videlicet licẽtioſa garrulitate quicquid in buccam venerit ꝓferre delectat)conſideremus inquã an huiuſmodi libertas ad fouẽdos augẽdoſve ſanctæ charitatis igniculos:an potius ad animalem delectationem pertinere videatur. Profecto noſtrum fugit neminem:ſæculares homines hac potiſſimum ratione plærunq; conuenire ſolere: vt alternos mutuis ſermonibus animos oblectantes: exoſi moleſta ſilentii faſtidia pellant. Non igitur oĩs eſt extincta delectatio:nec in eius animo viuida perfectæ charitatis flamma ſuccenſa:cuius adhuc mentem crebriuſculæ confabulationis dulcedo illecebroſa permulcet. Te quoq; paululũ affari libet:qui poſtea q̃ ãnos aliquot in monaſterio vtcũq; peregiſti: optatam aliquando nactus occaſiunculam parẽtes lõge poſitos reuiſere geſtis: Nec ab importunarum p̃cũ moleſtiſſima pri⁹ improbitate deſiſtis: q̃ extorta venia gliſcenti petulantioris animi cupiditati facias ſatis: cui morem nullo pacto geſtum oportuit:ſiquam voluiſſes tuę profeſſionis habere rationem. Queſo te ſoli ne Chriſto tuus ea perfectione cohæret animus:vt in eo voluptatem omnem temporariam affectionum omnium potentiſſima charitas (vt proſperi verbis vtar)penitus enecarit? Nempe inter mundanas delectationes non minima eſt: poſt longiuſcu-

las abſentiæ continuatæ moras votiuus parentum propin quorumqꝫ repetitus aſpectus. Et quid mihi per multa va=gari neceſſe eſt? Audenter dico: facile eſt renunciare ſæcu=lo: morte vero conſummatę charitatis mundo penitus in=terire: longe difficillimum. Et quidem hodie monacha te=ctos cuculla plurimos paſſim inuenias: monachos vero q̃ pauciſſimos. Cæterum mens illa fœliciſſima: in qua quic=quid eſt mundanæ delectationis illo ſuo penetrantiſſimo iaculo: manus glorioſæ charitatis occiderit. Quid enim ali ud ſupereſt: niſi vt ſolus ei Chriſtus ſolaqꝫ legis ipſius me=ditatio frequentata dulceſcat? Atqꝫ id demum eſt vere ſo=litarie viuere: immota ſerenatæ mentis tranquillitate gau dere.

Tranquillitatis amatori ne=ceſſarium eſſe (vt iam ſępe di ctum eſt) fidelem loci ſecre=tioris amorem.

Cap. XII.

HAnc autem raram admodũ: omniqꝫ ſer=uanda ſollicitudine margaritam: tran=quillam dico ſerenę mentis ſolitudinem aut ſolitarium (ſi mauis) tranquillita=tem: ſi quis forte nondum ſibi plene com parauit (multo nanqꝫ facilius huiuſmo=di reperias hominem: q̃ eum qui glorio=ſa tantæ rei beatum ſe poſſeſſione lætetur) quærit tamen & quidem tam pertinaci ſtudio: vt inter quęrendum: pręſen=tem vitam: q̃ vel incuriæ/vel puſillanimitatis vitio tam p̃=cioſas opes amittere malit: huic proculdubio nihil ęque cõ ducibile eſt (vt iam ſæpe diximus) atqꝫ loci ſecretioris & ſe dulus / & perſeuerans amor. Nam & is qui diuina fauen=te gratia tanto iam fruitur bono: quiſquis ille eſt: nunq̃ erit quin beati mœroris amicas latebras ad mortem vſqꝫ ſince=ro veneretur amore: ſeqꝫ ab omni mortalium qua licet alie=

net atq; abiungat aſpectu. Ideoq; præſtantiſſimus ille monachorum princeps antonius: cum de piſce arenas aridas occupante & monacho cellam negligentius excolente aptiſſima facta comparatione: auream illam quam ſub finem libelli prioris memorauimus protuliſſet ſentẽtiam: in hũc modum concluſit. Qualiter ergo piſcis ſicci littoris ſuper iacens tergo conſeruandæ vitæ minime dormitabunda vrgente neceſſitate: ęquoreas repetere cogitur vndas: ſic nos quoq; ad cellam (ſubaudi qualibet ex cauſa deſerta fuerit) omni cum celeritate redire neceſſe eſt: ne forte plus ęquo foris demoratos detrimentoſa nos obliuio cuſtodię ſubeat interioris. Hanc autem cõcluſiunculam ſatis opportune hactenus reor eſſe dilatam: vt his quæ proceſſerunt: haud inutiliter interiectis altiori monachus recõdat animo citra fidelem quietæ ſolitudinis amorem interiorem hominem ꝑfecte cuſtodiri non poſſe. Igitur in acquirenda tranquillitate proficere geſtienti neceſſarius eſt cellulæ cultus: perfecto vero q̃q̃ non adeo neceſſarius: nunq̃ tamen quouis pacto negligendus. Qꝫ ſi forte beatum veræ tranquillitatis poſſeſſorem authore deo inter homines verſari frequentiꝰ oportebit (quod nonnullis non de cœnobiis modo: verum etiam de profundioris eremi pœnitiſſima vaſtitate ad pontificale culmen euectis legimus eueniſſe) nihil tamen ob id detrimenti paſſurus eſt: vtpote ſecretiſſimam pacatæ mentis ſolitudinẽ fœliciter aſſecutus. Illi tamen ipſi qui vel de cœnobitica vel anachoretica ſolitudine ad obeundum ſacerdotale munus inuiti ſunt renitenteſq; ſublati: q̃q̃ ſublimioribus quotidie meritis abunde cumularentur: minus tamen ſibi fœlices q̃ in illa prioris quietis ſolitudine videbantur: ad quam totis ardentis animi deſideriis ſuſpirare minime deſinebant. Teſtis eſt Gregoriana conqueſtio quã ſtudioſus tanti patris lector ignorare non poteſt. Verum illa timorata modeſtia qua ſe priorũ meritorũ iacturã facere idicabãt ad ãpliſſimũ illis maioris glorię cumulũ mirabilit̃

accedebat. Econtrario vero hoc noſtro ſordidiſſimo ſæculo: plęriq; eorũ q cucullotenus monachum profitẽtur: cũ illis copioſe ſuppetant omnia quib⁹ cœnobiticam perenni dignam præconio ſi velint parare ſibi poſſint ac vendicare quietem: nihil tamen eſt quod cupiant minus: nihil quod faſtidioſius audiant: q̃ certis priſcorum patrum nitentem ſententiis de monaſtici ſtatus conditione ſermonem. Sed hæc hactenus.

Obiectiunculę cuiuſdam quæ in ea quæ iam dicta ſunt moueri poteſt ſolutio. Ca. XIII.

INteri vero occurrẽdum eſt illis quos dicere poſſe proſpicio: antonianam nos intorquere ſententiam: & quæ de anachoretis ille ꝓnũciauerit cœnobiticę profeſſioni violentius applicare. Neq; enim in quiẽt in cella perpetuo cœnobita conſiſtere poteſt: ſed nec veneranda benedictinę regulæ cellam monacho decreuit authoritas. Vnde fit vt fruſtra de ipſa tantopere frequentanda noua hæc præcepta condantur. Audi igitur haud grauate quiſquis es: qui ad cœnobitã exiſtimas minime pertinere ea quæ de ſtudioſo cellulę cultu in medium afferuntur. Idem ipſe profecto monachorum pater & legifer benedictus qui nõ diuiſis cellulis: ſed diſcretis tantum lectulis debere fratres quieſcere cenſuit: ipſe quoq; inter ea volumina quæ docilibus beniuolenter audientium fratrum animis non minimũ fructus allatura putauit (arrogantibus enim deſidioſis: negligentibus: atq; maleuolis: nulla tam vtilis lectio quæ prodeſſe norit quicq̃) celeberrima in primis priſcorum patrum geſta eorumq; collationes a venerabili caſſiano pręcipui tum ingenii tum eloquii viro litteris perpulchre mandatas:

magni quoq; baſilii regulam haud tenui laude celebrandã: maturiore nimirum vſus iudicio numeraſſe reperitur. Q d ſi probe recteq; de tanti patris regula ſentire velimus: exiſtimare debemus in memoratis exemplaribus eſſe nihil vnde non facile monachus (modo nec intellectus illi: nec attẽtio deſit) morum poſſit optimam depromere frugẽ. Quid enim mihi bibulis hauſiſſe profuerit aurib⁹: quæ de anachoretica cella id eſt eremitica manſione vbi forte ab ea deceſſum fuerit pernici gradu repetenda traduntur: ſi nihil illic eſt: quod in rem ſuam ſolers haud difficile cœnobita traducat? Eſt inquit aliquis: ſed ſi quæ de cella ſancti monuere patres: nos perinde atq; de monaſterio dicantur accipiẽda putemus. Sic. n. fiet vt inde qualibet ratiõe digreſſi: intra munita propriæ mentis clauſtra ſolito diligentius noſmetipſos continere nitamur: prolixiorq; morarum ſpacia ſuſpecta ſemper habentes: ac q̃ diu foris agimus quaſi per medios tumultuantis pelagi fluctus male tuto nos ferri nauigio pauitantes: ad monaſterium proprium velut ad fidam placidi litoris ſtationem q̃ valemus ocyſſime reuertamur: Niſi forte ad aliud monaſterium non minoris aut etiam ſeuerioris diſciplinæ ſalua ſemper obedientiæ lege commigremus. Recte fateor hæc: penituſq; religioſe. Eſt tamen & aliud aliquid quod accuratius oporteat intueri. Da bernardinum cœnobitã (quiſquis enim huiuſmodi non erit multum aberit: vt de beata poſſit veræ tranquillitatis poſſeſſione gloriari) da inquam eum qui pſallere norit attente laceſſitus æquanimior eſſe: cum diſciplina laborare meditando legere orando feruere in mediis tentationibus & animo & corpore perſiſtere caſto: humilitatis amplecti modeſtiam: dum blandiuntur proſpera: tolerantiam dum ſęuiunt ac moleſtant aduerſa. Talis eſt enim (ſi meminiſti) monachus bernardinus. Iſtum igitur per id temporis quo nec pſallit: nec imperati quippiam operis iubet explere

vbinam vis loci conſiſtere: ſacraſq; litteras ac religioſos co
dices meditabunda lectione ſcrutari? Incertis ne greſſibus
hac illacq; feretur: nō minus animo q̄ corpore vagus? Aut
illis in locis te ſedebit authore: vbi ab vnoquoq; prętereun
tium promptiſſime cōueniatur: atq; in fabulamēta etiam
ſeminolens quę nihil illi ſint pręter meram inquietudinem
allatura prorumpat? Olim in eo circuitu quod peculiari no
mīe clauſtrū appellare cōſueuimus: aptis digeſti compoſi-
tiq; locis vtiliū litterarum codices erāt: illicq; quas glorio-
ſus benedictus ſacræ lectioni deſtinauit horas: a veris mo-
nachis cū ingenti bonarū virtutum prouentu fœliciter ab
ſumebantur. Nunc autem tam laudata conſuetudo deper
iit: ſed & quotidiani manuum ceſſauere labores: vtrūq; di-
uinæ laudis haud infructuoſa prolixitas (ſi tñ attentis fue-
rit animis celebrata) ſuſtuliſſe videtur. Eo igitur tempore
quo ſoli monacho licet eſſe: vbi ſe potiſſimum continebit?
Nempe ſi multiformes inconſideratarum fabularū inepti-
as exigendā diſtrictius male collocati temporis rationem
cohibendorū ſenſuū erigendiq; ſemper in deum aī difficul
tatē pariter ac neceſſitatē (quæ tota tranqllitatis eſt ratio)
diligentius conſiderare volueris: mecū incunctāter fatebe
re præclarum religioſi pectoris inuentum cellulas eſſe: vt
pote nutriendis/exercitandis/perficiendiſq; monachis di-
uinitus excogitatas. Itaq; ſi quando vel parū vtili ſermoci-
natione vel inani (vt aſſolet) vagatione ſoluta mēs fuerit:
ad cellam anachoretarum more q̄celerrime recurrendum
erit: vt illic quietis detrimentum paſſus animus ſpiritali-
bus exercitiis priſtina rurſum ſerenitate donetur.

Confutatio eorū q decretū pōtificiū afferentes cellulas deteſtantur. Cap. XIIII.

CAeterum nonnullos eſſe nimium argu-
tulos qui neſcio quid ſemper inanis alter
catiunculæ (propria nimirum garrulita
te delectati) producere malunt q̄ tacen-
do ſapienter quæ virtutis ſunt ac probi-

tatis amplecti: cum narrantibus aliis: tum proprio doctus experimento: ad faſtidium vſq; frequenter agnoui. Igitur huiuſcemodi quiſpiam ſi quem forte ſtudioſum cellicolam meritis aĩaduerterit pręconiis celebrari: mox (optatam nactus occaſionem) illam ſuam obiectandi promptulã exacuet linguam: tale aliquid ſuo more dilatans. Si quid inquiet veræ laudis diſtinctæ monachorum cellulæ mererent: nũq̃ grauiſſima decreti pontificalis auctoritate confringi iuſſæ fuiſſent penituſq; deleri. Quod aliquando factitatum tam liquido conſtat vt negari non poſſit. Nolebam ego fateor in hunc incidere locum: vtcũq; tamen impulſus (moleſta fugiens ingratæ prolixitatis faſtidia) reſpondebo. Hebręũ populum magnarũ inuſitatarũq; rerũ operator dñs: per ſoliuagos incultos inhabitatoſq; longioris eremi receſſus annos quadraginta deduxit: rerum eos geſtarum magnitudine: velut altiſſona quadam viuidaq; voce conteſtans ac dicens. In loci vaſtitatem ſterilitatemq; per cuius vos aſperitudines atq; moleſtias ad promiſſam volo peruenire tellurem: obtutus ne figite veſtros. Miniſtrum potius amicũq; meum: ducem vero ac imperatorem veſtrum Moiſen (qui ſignifica vobis rubrum virga diuiſit æquor) attendite. Ipſam de cœlo me iubente columnam / quæ vos interdiu a moleſto coquentis deſuper ſolis protegit æſtu: gratumq; noctu lumen miniſtrat aſpicite. Legem audientibus vobis in Sina mõte me promulgante traditam: quæq; illic geſta ſũt mirabilia: obliuione mortifera præterire nolite. Tabernaculum ſanctiq; fœderis arcam venerabũdis lumibus intuemini. Deo dicatos ſacerdotes leuitaſq; ſacros quo decet veneratiõis honore pſeqmini. Poſtréo q̃ iter vos quotidie gerũtur magnalia tenaci mandate memoriæ: veſtræq; profutura ſaluti ſtudioſa diſcuſſiõe ruminate. Locũq; q̃uis arentem incultum ac ſterilem: vel cœleſtis cibi quotidiano

deſcenſu ſanctificatum reſpicite: Atq; ab his quæ meæ legis rectitudini diſſonāt abſtinete. Vniuerſamq; ſolitudinē non macerandis atterendiſq; vobis: ſed exercendis: ſanctificandis: atq; ad multimoda promiſſæ quietis blandimenta perducendis prouidentiſſime ſcitote deſtinatam. Hæc ante eorum oculos quotidie verſabātur: hęc īculcāte Moyſe non poterant ignorare. & tamen eos myſtici deſerti ſanctificatio multiformis nihil abſterruit: nec ab offendendo clemētiſſimo rege quauis poterāt ratione cohiberi. Eorum tamen quos ab ægyptia ſeruitute potentiſſima ſummi principis dextera liberauit numeroſa progenies: optimum ī cūctis venerata parentem: gratiſſima pollicitę telluris eſt vbertate potita. Locus igitur nec cōtemptores patres: nec filios veneratores effecit. Sed illi (vt erāt ingenio malo) qđ contemnerent atq; murmurarent: iſti econtrario diuini timoris moderamina ſancta ſequentes: quod laudarent ac venerarentur inuenerunt. Erectum recens tabernaculum erat: contemplataq; fuerat inter cætera mirabilia vniuerſa multitudo miſſum de ſuperis ignem: ſanctificatorem videlicet oratorii: oblatiq; ſacrificii voratorem. Quem ſolerti cura ſeruari iuſſerat dominus: focos illuc omnimodis vetans alienos inferri. Nec tamen deterrita eſt ſacri parentis aaron gemina proles vel ſanctificatione loci: vel inuſitato miraculo: vel præcepto diuio (quod merito rebus erat omnibus anteferendum) quin damno ſuo flammas in tabernaculum induceret alienas. Honoratiſſimum quondam celeberriimumq; templum amabilis domino ſalomon grato ſanctæ iuuētutis vigore floreſcens: æternę maieſtati plurima veneratione illa in hieruſalem auguſtiſſima dicarat: idem ipſe multo poſt tempore iam canis aſperſus caput cū in imis cordis ipſius penetralibus altiſſimas ſapientia radices fixiſſe debuerat: nihil veritus eſt fœdam ſimulacrorum ſpurcitiam in eadem vrbe ſancta ſtatuere. Deficiet me tempus ſi quicquid paſſim ſimilium legitur exemplorum coa-

ceruare voluero. Facturi potius finem ipſa rerum primor=
dia contemplemur. Amœniſſimus ille voluptatis hortu=
lus in quo recens plantato primum noſtri generis paren=
tem velut in regali ſolio ineffabili benignitate redundans
cũditor ipſe collocarat: q̃ ſolitarius: q̃ venerabũdus: quãtę
munditię: quãtę puritatis erat! illic cunctis animantibus ꝓ
pria ſunt indita nomina. Illic mulier ſingulari & inaudita
plaſmatione formata. Illic humanę dominationi vniuerſa
creatura ſubiecta. Locum ipſum cæleſtes inuiſebant ſpiri=
tus. In eo poſtremo quid hominẽ ſectari quidue fugere vel
let: diuina non eſt dedignata dictare maieſtas. Et tamen ĩ
prouidũ temerariumq; nihil loci cõſideratio mouit (quid
enim locus faceret vbi nec diuina cõminatio timebatur!)
quo minus ea committeret quę cunctam ab ſe deductam ſo
bolem ad vltimum vſq; mortaliũ multiformi vulnere cru
ciarent Et nos in cella: nefanda geri potuiſſe miramur! q̃q̃
cellæ dicendę non ſunt: ſed putidulę potius ſpurcorũ dę=
monum cloacę: vbi venerandi diuinę maieſtatis offendun
tur obtutus. Nec monachos ſed ſacrilegos oportere cenſe
ri clariſſimum eſt qui talia committere non verentur. Sed o
mittamus cellam. Cælum ipſum quo ſacratius nihil cogi
tari queat primum peſtilentiſſimumq; & tuliſſe cognoſci
tur & abieciſſe peccatorem. Siquidem loci conſideratione
(ſi tamen locus dicendus eſt in quo corporis expers conſi=
ſtit natura) minime probibita eſt illa ſpiritalium creatura
rum pulcherrima: quin diuinam ſimilitudinem incompa
rabili faſtu turgeſcens ambiret. Itaq; non locus ſed animus
ſolaq; voluntas in cauſa eſt vt boni quippiam malive gera
tur. Quorſum igitur inquis tam profuſa cellarum præco=
nia! Nempe ꝙ profeſſionis ſuæ non ignaris monachumq;
nomen vmbratice tantum præferre pauentibus: gratiſſi=
mam proficiendi atq; in veros aliquando monachos eua=
dendi occaſionem miniſtrent. Quod ſi tu nihili minimi ve
faciendum exiſtimas: nõ ego te ſapere (pace tua dixerim)

ſed deſipere plane totumq̧ delirare putarim.

Alia patris antonii de ſolitudinis vtilitate ſententia. Cap.XV.

VErum vt vnde paululum diuertit: tota libertate reuertatur oratio: lucidiuſq̧ clareſcat: quantum potiundę tranquillitati non horarius arcanæ conducat ſolitudinis amor: aliam libet magni patris antonii de ſolitudinis vtilitate proferre ſententiam. Moleſtos inquit trifarii conflictus vincit euaditq̧ labores qui ſedens in ſolitudine quieſcere nouit. Siquidem nec lingua procax nec curioſus oculus: nec auris prurulenta: ſolitis mentem pergit oppugnare duellis. Sola manet cum appetibilis animi multigena cogitatione luctatio: quæ niſi cum vita minime terminatur. Vides profecto q̄ grata munera ſecretiſſimus quiſq̧ locus ſuo tribuat amatori: Vero inquā amatori. Nā qui ſepoſitos ea tantum gratia captant receſſus: vt in eis quæ & honeſtati & diuinis ſunt abſona legibus operentur: ipſum quod appetunt explorantq̧ ſecretum omnino non amare certiſſimis conuincuntur indiciis. Nam ſi diligerent nulla ratione temerarent. Sed dicat forſitan aliquis. Multo hæc facilius aſſeri q̄ credi poſſunt: ei præſertim qui volumen quod priſcorum patrum & geſta complectitur & euenta non impetuaria lectione vt plęriſq̧ mos eſt ſed examinatoria potius curauit diſcuſſione ſcrutari. Illic enim eremicolarum nonnullos: non ex minoribus mediocribuſ ve: ſed omnis ſanctimoniæ nitore pulcherrimo: aſſidua diuturni temporis exercitatione vſq̧ adeo conſpicuos atq̧ pollentes vt ad perfectam anachoreticę vitæ conſummationem nihil eis deeſſe putaretur: nequiſſimus ille titillabundę libidinis ſpiritus: non ſolum oppugnaſſe: ſed & expugnatos ab illa tam expolitę tamq̧ exercitatæ mētis ſub

limi celſitudine deieciſſe narratur. Iſtis igitur dum oppugnarentur: credis ne & oculos in venuſtuli cuiuſpiam vultus indulgentiorem formam(q̃uis abſentem) vel inuita mẽte importune defixos: & aures oris melliti dicacula verba captantes: eiſdemq; coram audiendis ad votum oblectari cupientes creberrime geſtiuiſſe? Quid igitur ſibi vult? q a tribus præliis viſus: auditus locutionis ſolitarios eripi tã tus pater aſſerendum iudicauit? Nempe extra controuerſiam eſt: ea contigiſſe quæ narras: ſed conſidera quid obiectes. Neq; enim ob id quicq̃ antonianę ſentẽtiæ ſincerę deperit veritatis. Etenim quas profers aures oculoſq; ad animum potius q̃ ad corpus pertinere noſcuntur. Siquidem hæc omnia imaginaria cogitatione geri: nemo eſt qui non apertiſſime ſpeculetur. At vero memorata peritiſſimi patris ſententia(ſi tamen eam rectius attendiſti) anachoretę cum multiformi cordis proprii cogitatu perpetuo præliandum eſſe teſtatur. Magnum tamen eſt immo vero maximum: tres iſtos inprobiſſimos hoſtes ita coercere poſſe vt nihil opus ſit cum illis ancipiti dimicare cõflictu.

Quonam pacto intelligi debeant linguæ oculorum auriumq; bella a quibus iuxta antonianam ſententiam ſolitudinis amatores liberantur. Ca.XVI.

QVęnam igitur illa ſunt(inquis) linguę oculorum auriumq; certamina? Etenim vndecunq; neceſſarię ſurrrexerit occaſio pugnę: cum animo dimicandũ eſt. Quẽ diuino comitatus fauore ſuperaueris: aut ipi ſenſꝰ organo quo malo ſuo fuerat
ibuſurꝰ potẽter iperitabis: illud imoti marmoris iſtar p vo
:o figẽs atq; cõpeſcẽs: aut ſi cũ ea corpis parte bellũ eſt: q̃ nec
eclamãte volũtate rõnis imperio gubernata proq; viribus
enitẽte cõpeſci põt quo minus im pbiter erigat: flãmaſcat

inſaniat: inſoleſcat: animi certe victor euadens: peſtiferum naſciturę labis caput amputas atq́ præſcindis. Verbi cauſa. Fecit quis ſtomachum tibi: bilem mouit: ĩcitauit animũ ea quidem vehementia vt tibi nõ ãte bene videaris habiturus q̃ congeminatis pugnorum ictibus inimici caput vultumq́ contuderis omnem: iamq́ manꝰ geſtiunt: animo nõ minus libẽter q̃ celeriter obtemperaturæ tandem vero diuinę memor legis frenas animũ: iram cohibes: ignoſcis lædenti: mẽtem poſtremo iuuante domino læta reuocatę pacis tranquillitate ſerenas. Ecce ceſſant extemplo manus nihil tibi deinceps vel improbę vel moleſtę. Eadem quoq́ pedum eſt ratio. Demus enim ingenti quempiam libidine raptum adeundæ cauponulæ: ventri videlicet morem gulæq́ geſturum. Tandem ad ſeſe rediens: fortiter imperat animo: mox plantæ quæ pauloante proficiſci totæ geſtiebant illico reſilientes deſinunt atq́ quieſcunt. Eadem quoq́ eſt de lingua: oculis: auribus: pronuncianda ſententia. At vero monſtrum illud quod carnis nomine plærunq́ cenſetur quodq́ ingenuus tegi pudor iubet: ſi quando impudentiꝰ (vt aſſolet) erigi: totumq́ genitali cœperit igne ſuccendi: non eſt arbitrii noſtri illi quietem indicere. Verum procliuum retinentes animum illataſq́ ab eo moleſtias virili perferentes conſtantia: efficimus iuuante domino ne quod petit obtineat: ſicq́ mũdi pſiſtẽtes nõ valemꝰ iuiſis ipſius ſordibus inquinari. Itaq́ vndeunde certamen emerſerit: cum animo (vt dixi) dimicare neceſſe eſt. Nec ſatis ĩtelligo cur a me prolatas aures oculoſq́ dixeris non tam corpus q̃ ad animum pertinere. Conſtant fateor quę protuliſti: ſunt enĩ ĩmobili veritate ſuffulta. Nã ſiue a teterrimis pſentiũ tenebrarũ rectoribꝰ: ſiue a nobiſipſis: ſiue ab hoĩe alio ſiue ab ingrato quolibet euentu belli naſcat̃ occaſio: cũ aĩo ſolo dimicandum eſſe quiſquis ſalutẽ ppriam minime negligẽdam exiſtimat: certiſſimo docet̃ experimento. Verũ pręſentibꝰ

rebus quarum blãdę pronos ſemper ĩ mala ſenſus illecebrę trahunt atq̃ demulcent: cum ſola eſt animi ſenſilis cupiditate pugnãdũ: ipſaq̃ ſenſuũ inſtrumẽta: magnanima quadam ſtrennuitate cohibenda. Itaq̃ quiſquis ꝓcacis linguæ volubile plectrũ: inquieta loquẽdi cupidine moueri ac crepitare geſticulabundũ: potenti robore frenat atq̃ compeſcit: verã poteſt de linguæ ꝑlio proferre ſententiã. Cui vero in auocãdis a re cupita luminib⁹ labor eſt: quęnã ſint viſus bella didicit habetq̃ cõpertum. Sic & is qui in abducendis atq̃ occludẽdis auribus laborãdo deſudat: cuiuſmodi ſint aurium certamina nõ ignorat. His autẽ rebus quæ deſiderantur abſentibus longiuſq̃ poſitis: quodq̃ nõnunq̃ cõtingere ſolet vix plurima cũ difficultate parandis: iã laborioſior m[l]to ĩ repellẽdis obiectarũ impreſſarũ ve rerũ imaginibus quas deo dicatis mentibus diuino permiſſu ſerpens ille plærũq̃ vetuſtus infigit multoq̃ difficilior luctatio ſurgit. Talis erat illa quã bono ſuo expert⁹ eſt glorioſiſſimus ille legiſlator noſter ac pater benedictus. Qui cũ triẽnium totum (vt venerabilis gregorius author eſt) in ſpecu ſecretiſſima carnis propriæ perq̃ ſeuerus nõ tã domitor q̃ tortor queſtionarius exegiſſet: obiecta eſt illi ab ĩimico: neſcio cuius nuper a ſe viſę mulierculę forma venuſtior. Moxq̃ tam ardenti flagrare coquiq̃ cœpit feruentiſſimę libidinis æſtu vt (quẽadmodũ diuus bernard⁹ ait) pene cederet pene decederet. Id ne quęſo te recte quiſpiã aſſeruerit oculorũ fuiſſe luctamen: vbi dura cominus cum imaginaria forma flãmiſq̃ latentibus bella gerebãtur? Perſpicuum eſt igitur quidnam ſibi velit q̃ a trib⁹ crebro iam memoratis prælijs ſolitarios eripi: monachę philoſophiæ princeps Antonius profitetur. Quid enim anachoreta verus expetitę ſolitudinis amator (nam hoc illi ſi deerit anachoreta nõ erit) in re frenenda lingua magnopere laboret: cum pręſto non ſit cuius mutuo frui concupiſcat alloquio. Præterea quid ab oculis durioris patiatur moleſtiæ cum nihil ſit illic quod cu

oſos oblectare poſſe videatur aſpectus? Poſtremo quid ei
rimoleſti certaminis aures indicãt: vbi nec aliquid eſt ꝙ au
ditui illecebroſa demulcentia blandiatur? Effigiarię vero
rerum ĩpreſſiones: ad varia debent ſcrutabilis animi cogi-
tamenta referri: cum quibus (vt iam dictum eſt) donec vi-
uitur pugnare neceſſe eſt. Cæterum qui inter dulcia mu-
tuæ collocutionis oblectamenta: ĩterq; mulcebria tã auriũ
q̃ oculorũ blandiméta verſanť: aut fortiter dimicẽt aut mi
ſerrime crebro ſuperẽturo portet. Interĩ vero ab hoc hoſtili
ternario nihil experiri bellorum: magnum immo vero ma
ximũ eſt ſtabi liendę trãquillitatis adiumentum.

Non eſſe ſolius anachoretę ſed etiam cœnobitę a memoratis eximi bellis. Cap. XVII.

COenobitę vero quid agendum? Nihil ne
illi curę erit in hac triformis prælí dimi-
care paleſtra? An vero ꝙ in eremitica ſoli
tudine minime commoretur: opus habe
bit cum auribus oculis linguaq; præſertĩ
perpetua cõfligere pugna: pugna inq̃ nõ
niſi ſolo lucifugę mortis beneficio termi-
nãda? Nempe ſi pugnare neglexerit: non paruo triſtiſſimę
captiuitatis diſcrimini ſubiacebit. Si autem perpetu⁹ illi
confligendi labor indicitur: equidem nihil dubitem melio
rem multo anachoretę pronunciare conditionem: quippe
quem amata fideliter ſolitudo ab hoc trifario quietum red
dere nouit ac liberare cõflictu. Sed luce clarius ẽ cœnobitã
quoq; (ſi tamen neceſſario ſuſceptę militię labòre minime
terreatur) gratiſſimam tripartitę huiuſce conflictationis
nanciſci poſſe quietẽ. Legimus in diuinis glorioſiſſimi ber
nardi geſtis: cum repudiato ſæculo quod nullo vnq̃ fuerat
amplexatus amore totum ſe domino dedicaſſet: vt ad cur
rẽdum expeditius ſperatę ſalutis iter efficaciſſimo ſeſe ſti-
mulo perurgeret: id verbuli vſurpare ſolitum: crebraq; re-

petitione ſibi familiare feciſſe, bernarde ad quid veniſti? Non eſt hoc natalibus cæcatos tenebris oculos illuſtrare non genitalibus concluſas obicibus aures patefacere: non deniq; quod ipſa minus rerum natura valet: occulta quadam virtute potẽtius operari. Omnibus imitabile eſt: poſſibile cũctis: in promptu eſt vniuerſis. Neq; enim quiſq̃ eſt qui nõ eiſdem calcaribus (ſi tamẽ negligentior eſſe nolit) per ſingula ſeſe diei momenta ſolerti ſtudio valeat incitare. Quod ſi quis aliquando totis ſibi conatibus imitandũ propoſuerit: audeo dicere non ſolum iuictiſſimus aurium oculorum liguæq; triumphator euadet: verumetiam ad maiora tãdem ſublimioraq; diuio ductu ſe perueniſſe gaudebit.

Opottere cœnobitam contendere vt memoratorum pręliorũ victor euadat: ſi monachus eſſe velit: eumq; qui id aliquãdo cognouerit: a cella & oratorio non facile diuellendũ. Cap. XVIII.

Cuius enim rei gratia: ſęcularia cuncta valere iubentes ſilentioſa quietioris monaſterii clauſtra petenda cenſuimus: niſi vt illic cœnobitice: non ſęculariter viueremus? Porro quid eſt cœnobitice viuere: niſi ĩ cõgregatione viuere? Qui dſit autẽ in cõgregatione viuere: glorioſus ille pater quem certo ſcimus iſtiuſmodi philoſophiæ latuiſſe nihil: mellit⁹ inq̃ ille bernard⁹ grauidis nos fœcũdiſq; a ſe cõtext verbis edoceat: quo vl' ſic ſermoni noſtro plus dignitatis: fidei: roboris: grauitatis atq; auctoritatis accedat. Arbitror autẽ (inqt) q; tu q in cõgregatione es bene viuis: ſi viuis ordĩabilit/ſociabilit/humiliter. Ordĩabiliter tibi ſociabilit pxĩo: huĩlit deo. Ergo cœnobitice viuere eſt ordĩatã ſocialẽ: pulchraq; ſãctę humilitat modeſtia rutilabũdã

agere vitam.Ordinatam:ne qua nobis ipis in parte deſim⁹
ſaluti noſtræ & ſemper & in omnibus ſtudioſiſſime conſulē
tes.Socialem:gerentes morem proximo quatenus & aucto
ritas regulæ & religioſæ cōuerſationis flagitare videtur ho
neſtas.Humilem:vt quicquid in nobis eſt ſpiritualium bo
narūq; cogitationum:ſancti rectiq; ſermonis:laudatorum
poſtremo facinorū:id omne diuinæ bonitati non abſq; gra
tiarum actione plurima tribuamus.Sed ipſum potius au=
diamus magiſtrū.Copioſus nanq; ſuæ breuitati acceſſit in
terpres:eidem gratam præfulgidę claritatem lucis adiecit.
Ordinabiliter tibi inquit:vt in omni conuerſatione tua ſol=
licitus ſis obſeruare vias tuas:& in cōſpectu dei & in con=
ſpectu ꝓximi:cauens & tibi a peccato:& illi a ſcandalo.Ma
gnum eſt hoc:arduū eſt:ſublime eſt:vſq; adeo vt tantū mu
nus nemo ſit exhibiturus:niſi qui vel cum memoratis no=
uerit hoſtib⁹ pugnare fortiſſime:aut certe(quod multo ra
rius eſt:& tanto rarius q̃to perfectius)eorum glorioſus iā
triumphator effectus:in illo ſuæ mentis culmine:dei ſuiq;
ſpeculator aſſiduus(vt pauloāte dictum eſt)compoſite ſe=
deat atq; quieſcat.Nam quod ad linguam attinet:ſi ꝑ hāc
aut hac/aut illa ratione deliquero(mille nāq; loquentibus
retia viperei illius veteratoris verſutia nectit)tam in diui=
næ maieſtatis q̃ in fratrum meorum conſpectu:minus ſtu=
dioſe minuſq; ſollicite vias meas obſeruare cōuincar.Si qs
autē leuia:nulliuſq; vel neceſſitatis vel vtilitatis:id eſt oci=
oſa colloquia:in quibus nec alienę famę detrahit̃:nec de cu
iuſq̃ animo temere iudicatur:ſed tantum de plantis anima
libus ciuitatibus variis mortalium moribus ridiculis inter
dum nugis:deq; his(vt paucis abſoluā)quę prima in buc
cam venerint ſermo protrahit̃:ſi quis inquā huiuſmodi fa=
bulamenta propterea ꝙ animā mortiferi iaculi vulnere nō
afficiunt minimi nihili ve faciēda exiſtimat:viderit ſane ta
lis quid agat:nā ab hominibus quidem monachus & voca
ri:& credi poterit:apud deum prorſus non erit.Præcipitan

ter (inquis) ſuperbe temere nimis: ac penit⁹ incōſulte. Audi ergo. Vnanimi peritorū omniū cōſenſu qui de monachorum cōditione rectiſſime diſſeruere firmata ſentētia eſt: monachi mun⁹ eſſe probatā perfectę vitæ formulā qua poteſt inquirere: atq; in eo propoſito indeſinenti ſtudio permanere. Itaq; quiſquis in imis perſiſtens ad meliora cōtemnit aſſurgere: monachi vocabulo nulla digne poteſt ratiōe cēſeri. Non autem hoc eſt ſublime virtutum velle conſcendere culmen: ea vitare nolle quibus ſeueriſſimam futuri iudicii diſcuſſionem / ipſa per ſe quę nec falli nec fallere nouit veritas ſempiterna minatur. Cęterum quiſquis monacho ſuadendum minime putat / vt ab inanibus garrulamentis volubilis aliquando poſſit lingua compeſci: factam ſane ſibi credat iniuriam ꝙ monachi nihil habere dicitur: ſi non etiam chriſtianū minime redolere / irrefragabili ratione probetur. Chriſtianum profecto vocabulum a chriſto deductū tam clarum tamq; perſpicuum eſt / vt latere poſſit neminē. Conſequēs eſt ergo tāto nomine totus habeatur indignus quiſquis viuifica chriſti redemptoris: aut negligit aūt diſſimulat obſeruare mādata. Redemptor autem noſter / cum ſingula quęq; verbula tam neceſſitatis q̄ vtilitatis expertia / in illo terq; quaterq; metuendi iudicii die / ęqua lance pōderanda fateatur: videtur ne tibi vel accuratiſſime pręcipere / linguam a ſterilibus huiuſmodi nugis / ſumma cura ſtudioq; frenandam? Qui vero ſermonibus ad bonam mutuorum animorum inſtitutionem nihil faciētibus licentius indulgentes minus quidem ſerenos eſſe nō abnuit: verum facili donabile venia peccatulū / atq; ad huiuſmodi detergendos neuos pauculam conſecrati laticis aſperginem ſufficere dicit: ac quoties loquendi libidine trahitur / ad leues redire fabulas & bonas horas / id eſt ſolerti colendę mētis ſtudio dedicandas male collocare minime pertimeſcit: nihilo melior eſt eo qui pro vaniloquentia / ſalubri pœnitudine compungi mētem omnino negat oportere. Verum quis leue di

cere nõ expaueſcat: quod in poſtremo ſummi cẽſoris exami ne & in lucem proferendum: & digna plectendum animad uerſiõe authore & aſſertore Chriſto didicerit! Quis inquam illeſi pectoris animiq; valentis leue pronunciauerit: quo p̃cioſus aureę charitatis igniculus: & ſi non totus extinguitur tepet tamen languet deferueſcitq; q̃plurimum! Cæterum ne quid in ea ſententia quam apud euangeliſtam Matthęũ legis hoc verborum ambitu compræhẽſam: omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines reddẽt rationem de eo in die iudicii: ne quid inquam in his arbitrere verbis ſublimioris latitare myſterii: atq; id genus ſermones ocioſi demũ verbi nomine ſignatos affirmes qui ſinceriſſimę catholicorum dogmatum veritati reclamare noſcũtur: apud ordinarium interpretem: ocioſum id appellari verbum inuenies: quod cum nulla vel loquentis: vel audientis vtilitate profertur. Scurrilia vero fabulamenta quæ mouendo tantum riſui ſubſeruire conſtat: non inter ocioſa: ſed criminoſa potius habenda fatetur. Q^d ſi cuiq̃ vtpote ſeueriuſculũ minus forte placet: non mecum ſed cum illo/ q̃tum voluerit altercetur. Quæ cum ita ſe habeãt qualem obſecro de iactabundis/iracundis/murmuraticiis/iudicaticiis/ detractoriis/adulatoriis/ſuſpitioſis/queruloſis/ cęteriſq; cuiuſcunq; gñis ſermũculis a recta ſanctarũ virtutũ regula delirãtibus proferemus ſententiam! Hæc igitur vbi ſemel monach⁹ altiori recondere cœperit animo: attentaq; mente pertractare/non eſſe mentitum ſpiritum ſanctũ qui per os ſalomonis in multiloquio proteſtatus eſt non effugiendum peccatũ: neceſſariam ſibi ſolitudinem perſpicit: deoq; dicati tã feruens oratorii venerator: ac cellicola tam deuot⁹ euadit: vt ab his locis niſi ſancta neq̃t ac honeſta ratione dimoueri.

Prædictorum confirmatio: & eum qui linguæ imperare nouerit auribus oculiſq; haud difficile dominaturum. Cap. XIX.

HVc igitur ipſe tandem nos orationis ordo perduxit: vt apertiſſime liqueat ordinate victurum: id eſt & a peccato ſibi: & fratri a ſcandalo cauturum eſſe neminē niſi pręcipiti volucriq; linguæ (qua triumphata tā aures q̄ oculi perfacile ſubiguntur) potenti nouerit imperio dominari. Sed neq; id muneris accipere quemq̄: niſi perſuaſum habuerit: omnem liberiorem collocutionem arduum monachæ conuerſationis iter expedite perambulare volenti: vtpote diſcrimini proximam: ſtudioſius eſſe vitandam: Cui rei credendę qui perfecte ſemel induxerit animū: non erit quin ſecretam ſolitudinem miro ſemper frequentare delectetur affectu. In hac enim & diuinus nutritur amor & ipſe diiudicatur ac colitur aīmus: & anxie poſtulant a domino: quæcūq; perenni nanciſcendę ſaluti conducere ac expedire vident. Vt em̄ varios aī cogitat⁹: ſermōeſq; & actus pariter vniuerſos ea valeā prudētia moderari: ne vel ipſe in errorem quemlibet prolabar incautus neue a me gerat aliquid: q̄d male gratā fratri murmurationis indignationis ſiniſtræve ſuſpitionis miniſtret occaſionē: a dn̄o quotidiana p̄ce (& ea feruentiſſima) petat oportet. Eſt enim res laboris non minimi: & cui vnūquēq; ſaluari properantē: donec hoc mortali circūdat corpe ſtudere neceſſe ſit. Nā q̄uis hodiern⁹ p̄ſpe decurrerit dies: non ob id tn̄ qd lux paritura ſit craſtina cōptū atq; exploratum habem⁹. Porro ab oī cōtrouerſia remotiſſimū eſt: oratiōi ſolitarios amicos eē receſſus. Rarus ē aūt q ad hęc ītelligēda fideliq; opis exhibitiōe complenda perueniat: niſi cum lingua creberrime pręliatus: & modo vincens modo ſuccumbens: certiſſimo didicerit experimento inquietum hoc malum nulla ratione melius: q̄ omni licētiuſcula (vt iā dictū ē) abdicata fabulatiōe cōpeſci. Cæterū magnifico procacis linguæ triumphatori nihil op⁹ eſſe cum auribus oculiſq; prolixum ac moleſtum inire

certamẽ apoſtolus iacobus oſtendit cũ dicit. Qui nõ offẽ
dit ĩ verbo hic ꝑfectus eſt vir. Ac ſi manifeſte dicat. Qui ſe
tanta ſeueritudine cohibet vt ab eius ore irreuocabile caſti
gabile ac pœnitendũ nihil erũpat: nõ ẽ qđ magnopere me-
tuat ab alio quolibet ĩimico facile ſuperari. Sed & nos huic
aſſerendę ſentẽtię familiaris aliqd (ſi libet) exempli q̃ bre-
uiſſime ꝓferamus. Nũtiat mihi forte frater aliquis: virũ ad
uẽtaſſe quẽdã venerabũdo vultu: ſtatura ꝓceriore: līgua pe
nitus elegante honeſtoqꝫ admodũ famulitio comitatũ: ver
ba illũ cũ abbate facere cęterũ expleto colloquio protinus
abiturũ. Ego mox vt hæc accepero ſi vidẽdi audiẽdiqꝫ vi-
ri inquieta flagrãtiqꝫ totus cupidie rapior: non curioſis tã-
tũ luminibus auribuſqꝫ morigerari eſt animus (q̃uis eo tũc
p̄cipue morbo laborẽ) ſed linguę quoqꝫ (ſi diligentius ani-
maduertas) negociũ gerit. Etẽ ſi quãdo de illo me p̄ſente
exortꝰ ſ̄mo fuerit: noli ego tũc mutꝰ ĩueniri: ſed meã quoqꝫ
(vt ęquũ eſt) audiri oportet in mediũqꝫ proferri ſententiã.
Ob id eẽ oculis curioſius luſtrare ꝑgimus omnia: ob id au
ribus varias omnigenarũ rerũ narrationes haurire libet: vt
vbi loquẽdi nata fuerit occaſio: aut loquẽdo nos ipſos oſtẽ
tare: aut aſſiſtẽtes nũc in admirationẽ rapere nũc exhilara
re: proqꝫ narrationũ varietate variis affectibꝰ commouere
poſſimꝰ: aut ſi forte nihil ẽ horũ: certe nr̃a ipſorũ garrulitate
delectemur. Licet huic aſtruẽdę ſentẽtię quotidianã (qua
nihil ẽ certiꝰ) experiẽtiam citare teſtem. Vbi nãqꝫ de va-
riis colloquimur rebus. quid aliud in ſermone noſtro perſol
nat niſi hoc vidi: hoc audiui: his oculis hoc luſtraſſe memi
ni: hoc auribus propriis nõ aliena relatione cognoui! Itaqꝫ
verus fiduſqꝫ ſolitudinis amator: ad beatã illã qua nihil eſt
excellẽtius præſtantiuſqꝫ ſiue tranquillã purgatæ mentis
ſolitudinem ſiue ſolitariã (vt diximus) tranquillitatẽ per-
uenire laborans: ſibiqꝫ ea lege iam moderans imperitanſqꝫ:
vt nulliꝰ mutuę collocutionis (pręterq̃ quę ad ędificãdos
pertinet animos) mulcedine deliniatur: facile admodum

poterit importune tam oculorum q̄ aurium petulantię dominari. Ab hoc autem triplici liberatus hoste: quis dubitet quin vindicandæ tranquillitati multum plurimumq; propinquet.

An cœnobitæ ſocialiter victuro neceſſe ſit vt iuxta diui Bernardi ſententiam nō ſolū amare ſtudeat: ſed etiam amari. Cap. XX.

NOn tamen eatenus eſt amanda ſolitudo vt ab honeſta iucundaq; gratiſſimæ fraternitatis ſocietate velut abhorrentes: in neſcio quas ſilueſtres beluas (ne dicā æthereos ſpiritus) toti tranſiſſe videamur. Angeli nanq; ſancti: & ea ſolitudine quam in ſuperioribus tantopere prædicauimus beati ſunt ſemper: & perpetua chariſſimæ ſocietatis præſentia lætari non deſiſtunt. Cæterum non ordinate tantum indefeſſa videlicet noſtri ipſorum habita ratione: ſed cum fratribus quoq; ſocialiter eſſe viuendum ſuperiora glorioſi Bernardi verbula docuere. Verū quo pacto ſocialis agi vita debeat: ipſe nobis & beneuolis & attentis interpretando declaret. Sociabiliter proximo inquit: vt ſtudeas amari & amare. Quid ais o ſanctiſſime pater? O cœnobiticæ philoſophiæ princeps eximie quid ais? Quid eſt quod dicis ſtudeas amari? Nempe cum ſuperioribus annis moleſta nobis in ſęculo q̄plurima forent: quorum fugiendorum gratia cordi nobis curæq; fuit ad optatam deſtinati monaſterii peruentare quietem: illud inter cætera non mediocriter diſplicebat: q apertiſſimis perſpiciebamus argumentis: vix quemq̄ citra dolendam bonę mentis iacturam id aſſequi: vt ab hominibus amaretur. Cum ſint enim varii hominū mores: atq; (vt in prouerbio eſt) quot capita tot ſententiæ: & ſimulandum crebrius & diſſimulandum eſt illi q

ancipitem inſtabilēq; mortaliũ venatur amorem. Nos aũt adiutore deo hoc nugandi genus effugimus: & tu nos rurſum in id vis pręcipitare periculi: vt vel cum ſalutis noſtrę diſpendio ſtudeamus amari. Ergo ne & in monaſteriis nonnulli ſunt interdũ mei ſimiles: id eſt ſtomachoſi/moroſi/difficiles/ac moleſti: atq; (vt ita dicam) quid ipſi ſibi potiſſimũ velint fere neſcii: A quibus ſi amari velle perrexeris: induſtriam luſeris operamq; perdideris omnem? Ergo ne te & in ipſis fratrum congregationibus nonnũq̃ eſt inuenire quoſdã: quibus oĩno nequeat ſeruata regulæ ſeueritate placeri? Quid igitur tibi pater optime viſum ē: vt inter cæteras vitæ ſocialis inſtitutiones: hanc quoq; præceptionem crederes afferendam: vt diceres ſtudeas amari? Cæterum nõ me latet & inter nonnullos eorum qui monachi nominant̃: peſtilentiſſimum monſtriferę ſimulationis vigere fermentũ: a quo cum totos nos abhorreſcere cupias: quid eſt quod dicis ſtudeas amari? Nõ enim ambigo quin hac ipſa pręceptione in id ſtudii nos velis incũbere: vt ab omnibus excepto prorſus nemine diligi ſtudeamus. Q^d cum difficillimum ſit: ac pro morum varietate nonnunq̃ impoſſibile factu: cur tã durum humeris noſtris iugum imponis: vt nobis pręcipias dicens: ſtudeas amari? Nempe hoc ſolum ſi poſuiſſemus inquit: naſci fortaſſe dubitatio poterat: verum vtrunq; complexi ſumus dicentes: ſtudeas amari & amare. Præclara ſane connexio: & quæ ab omni dubioſa captiuncula hęrentes animos prorſus extricat. Etenim quiſquis ſynœriter amat: deum ſuper omnia diligit. Qui autem deum ſuper omnia diligit: ſe quoq; quãtus eſt in deo diligere pergit. Id eſt ſine deo ſe nihil eſſe intelligens: hoc vnum ſtudet: curat: elaborat: vt æterno rerum authori indiſſolubili fœdere copuletur. Hoc autem qui facit: proximum quemq; perinde diligit atq; ſeipſum. Qui vero fratres haud ſecus atq; ſeipſum amat: omnes deo cupit inſeparabili glutino cohęreſcere: atq; ad manſura ſemper gaudia rectiſſimo tramite peruenire

Igitur apud huiuſmodi dilectorem nec ſimulatio / nec diſſimulatio nec diſtorta quælibet actio loci quippam vnq̃ poterit inuenire. Quæ cum ita ſe habeant: conſequens eſt ſimulatorem omnem diſſimulatorem: atq; ab honeſtatis lege virtutũq; regula quoquomodo recedẽtẽ: non quęrere vt a quoq̃ ſancto diligat̃ amore: verum quicquid id̃ eſt captat quæritat atq; venatur: fluxum eſt: labile: momentaneum: penituſq; caducum. At vero caſtus amor æternus eſt: vſq; adeo vt quos aurea ſemel catena colligauerit: cum reb⁹ humanis iubentur excedere: tum primum occipiunt amare: Perfecte inq̃ penituſq; conſummate & a re tam dulci tamq; voluptuoſa nullo vnq̃ tempore deſituri. Non ſic amant: nec eo pacto amari cupiunt: qui miniſteriolis quibuſdam ac certis neſcio quibus adulatiunculis: prælatorum & eorum quos ſibi neceſſarios exiſtimant mercari conãtur amorem. Huiuſmodi nanq; ſtudia cum in homine laico turpia ſint: ac deteſtatione digniſſima: in monacho certe portenta ſunt penitus execranda. Monſtrum nanq; turpiſſimum monachus nugiuendus. Ego vero q̃q̃ diuina largiente ꝓuidentia in deformes huiuſmodi cucullatos non inciderim tamen in plæriſq; terrarum locis tales aut eſſe aut inueniri poſſe quis abnuat? Igitur quod dicit ſtudeas amari: intelligendum ſalua lege diuina: ſalua itidem regula quæ ſupernis (vt ęquum eſt) iuſſionibus vniuerſa concordat. Verbi cauſa ſi quem ſuperuacanea forte garrulamenta delectant: meq; niſi colloquentem immo vero (vt rectius dicam) cõgarrientem diligere nolit: malim profecto tacentem non amet q̃ diligat blatterantem. Atq; vt paucis agamus quiſquis huiuſmodi eſt vt abſq; ſalutis ſpiritalis ve lucri detrimento eius amor obtineri non poſſit: valeat potius q̃ ab illo hac ratione cupiamus amari. Monacho nãq; qcq̃d agat: nihil vnq̃ religioſi debet depire ꝓuẽt⁹: ſed magis ęquũ ẽ mltiplicato ſtudeat fœnore lætiſſime cumulari. Qđ vero ad moroſos attiet q̃uis exteriorib⁹ poſſit argumentis interdũ

nõ amare videri: amãt tñ ꝑfecto (ſi cer te ſe monachos meminerũt) & ardẽtius plęrũq; his q amorẽ ſuũ foris apparẽti b⁹ ĩdiciis manifeſtare cõſueuerũt. Qui vero huiuſmoĩ ſunt vt cũ ipa ſua moroſitate luctari renuãt: nec quemq̃ niſi ſuis ipſorũ moſculis (liceat ĩterĩ hoc verbo difficiles appellare mores) ꝑ omnia cõgruẽtẽ amare velĩt: viderit ipſi ſane qd agãt: ego tamẽ audẽter ꝓnũcio male ſibi cõſulere fratrẽ: q ĩ huiuſmodi cerebellis ſtudioſius obſeruãdis & m̃ltiplici rõne placãdis ac demerendis fruſtra tempus abſumit.

Alia obiectio qua ſupflue p̃ceptũ videtur ſtudeas amari. Capitulo. XXI.

ESt autem & aliud qđ hoc loco haud abſurde quęri poſſe videatur. Cur eñ tant⁹ pater: plurima cũ doctrinę tũ ſanctitudinis laude cõſpicuus: nõ illa ſancti ſãctorũ immortaliſq; ſapiẽtiæ: quę cũctos recte ſcribentes illuſtrat: hac in parte moderamina ſibi ꝓpoſuit imitanda? Redẽptor quippe noſter cũ regalẽ fraternę charitatis legẽ ĩ ſuorũ diſcipulorũ cõſpectu ꝓmulgaret: hoc eſt ĩquit p̃ceptũ meũ vt diligatis ĩuicẽ: nõ addidit atq; vt ab ĩuicem ſtudeatis amari. Rurſus idẽ p̃ceptũ: oĩno nihil adiiciẽdo: eadẽ verborũ breuitate clariſſima repetiuit: hæc mãdo vobis (inquiẽs:) vt diligatis ĩuicẽ. Et iterũ alio loco. In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Nõ adiecit & ſi vobis cura quoq; ſolers erit: vt ab ĩuicẽ ĩdefeſſo ſtudio ꝓgatis amari. Similiter & illa reſonãtiſſima cęleſtis eloquii tuba (apoſtolũ paulũ loquor) cõ neceſſariã mutuæ charitatis ꝑpetuitatẽ cõmendare vellet: nemini qcq̃ debeatis ĩquit: niſi vt ĩuicẽ diligatis. Cęterũ redẽptor noſter: cũ legẽ hãc ſaluberrimã: quã ꝑ Moyſen olĩ miniſtrũ ſuum fideliſſimũ publicari iuſſerat ore ꝓprio replicaret diliges ĩquit ꝓximũ tuũ ſicut teipſum: nõ adiũxit & ab eodẽ mutuo curabis amari. Nec ĩmerito. Etem̃ ſi mea ipſius p̃cordia ſtudioſiſ

ſime pſcrutatus:cõperio me q̃tũ ē in cõgregatione fratrũ
affectu ſinceriſſimę dilectionis amplecti:qd mihi tãtopere
pq̃rere atq; īdagare neceſſe ē a cũctis ne mutuo diligar an
minime. Eſt ne hoc aliquatenus diſtrahere ac īpedire mētē
quo minus (vt debet) libertime ſuo vacare poſſit authori?
Porro hoc ſtudio nihil opus eſſe: lucidiore doceamus exē-
plo. Demus fœlicē aliquã cõgregationē (quales prioribus
ſæculis viguiſſe nõnullas facile crediderī) in qua videlicet
fratrũ ſit nemo q nõ certo norit cũctos ab ſe germaniter ac
ītegre pamari: fiat pculdubio hac ratione neceſſe eſt: vt a-
mãtibus ſingulis vniuerſos a cũctis quoq; mutuo ſinguli
diligantur. Quid igitur eſt? Ergo ne fateri cogemur: aut p̄
cellētiſſimũ bernardũ de cõparãdo fratrũ amore p̄cepiſſe
ſupflue: aut a redēptore noſtro qcq̃ eorũ quæ ſaluti neceſſa
ria videri poſſunt omiſſum? Neutrũ plane. Cũ eñ proximũ
dominus eadē prorſus qua erga nos ipſos afficimur chari-
tatis beneuolētia p̄cepit amãdũ: eiuſdē quoq; ſocialib⁹ (at
q; amicis officiis demerēdi: īeuitabilē ſaluari cupiētib⁹ ne-
ceſſitatē nõ ambigit indixiſſe. Ea nãq; ſe qſq; teneritudine
diligit vt moleſte ferat ab his p̄ſerti quos quotidie videt:
audit: alloquitur: nõ amari: ſibiq; ab eis quoties vł egeſtas
vł ęgritudo aut alia quęlibet neceſſitas īgruerit: ea quæ fra
ternę neceſſitudo flagitare videtur: nõ facile īcunctãter ac
beniuolēter īpendi. Quibus finibus ſi noſtrũ quoq; in fra-
tres metiri voluerimus amorē: parum admodũ nobis vide
bitur animo ſolo diligere niſi & his maxime qbuſcũ nobis
eſt quotidiana cõſuetudo: qua poſſumus morigerari grati
ficariq; curemus. Quod cum facimus fideliter procul du-
bio ſtudemus amari. Porro redēptor noſter cum regalē hãc
de mutua charitate legem cõſtituens diceret: hoc eſt præ
ceptum meum vt diligatis inuicem: extemplo ſecutus ad
iungit: ſicut dilexi vos. Qua nimirum acceſſione ſublimi⁹
aliquid præcellentius: arduumq; magis iniunxit: q̃ cum
fratres: haud ſecus atq; noſipſos iuberet amandos. Etē̃

in amore ducem ſe nobis īperatoremq́ꝫ conſtituens: ac pro captu cuiuſq́ꝫ præcipiens imitandum: ne ipſa quidem vitę diſcrimina iuuandi fratris gratia: quoties id emergens forte neceſſitas exigere videretur apertiſſime præcepit eſſe timenda. Cuius ſi purgatis expeditæ mētis luminibus vniuerſa tam in vita q̄ in morte q̄ etiam poſt mortem geſta diſpicimus (in quibus euoluendis: memoria repetendis: attētiſſime ruminandis: verę conſiſtunt chriſtianorum delicię quibuſq́ꝫ perpetuos monachus infigere debet obtutus) qd aliud quæſo reperimus niſi mitiſſimum Ieſum eo ſtudio vł ſolertiſſime deſudaſſe vt a mortalibus aliquando integerrio poſſet affectu meraciſſimæ dilectionis amari? Quod conſiderans glorioſus euangeliſta Ioannes nectareis cæleſtis alloquii blādimētis generoſos demulcens inuitat animos: filioli inquiens non diligamus verbo neq́ꝫ lingua: ſed opere & veritate. Quid autem ſit opere & veritate diligere: diuin⁹ paulus breui admodum ſed grauida prorſus (vt vbiq́ꝫ ſolet) exponit ſententia dicens. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legē chriſti. Et q̄uis ab ipſo noſtrę creationis exordio: ab optimo conditore genitalibus quibuſdam morum donemur ſeminibus ſiue mauis virtutum incitamentis vnde fit vt ad certandum honeſtiſſima pulcherrimaq́ꝫ mutuorum obſequiorum viciſſitudine: rō quęq́ꝫ magiſtra cōmonefacere non deſiſtat: ne tamen congenitā nihilominus carni pigredinem potius q̄ nitentem ad optima quæq́ꝫ ſpiritum: ipſa noſtra in malum procliuitate ſequamur: vnigenitus ipſe ſummi patris filius: non aliter niſi vicaria mutuorum obſequiorum exhibitione diuiæ legi obtemperari poſſe oris aſſertione proprii nos facere voluit certiores. Ait enim. Omnia quæcunq́ꝫ vultis vt faciant vobis homines: & vos eadem facite illis. Igitur quod mul

tifariam multiſq; modis tam redemptor noſter q̃ fideles e
ius nos edocuere miniſtri: glorioſus bernardus mira duo-
rum verborum breuitate complexus eſt dicens: ſtudeas a
mari. Quid enim eſt opere & veritate diligere: mutua libẽ
ter onera ferre: omnibus fratres officiis proſequi: quę viciſ
ſim ab illis in nos qualibet affectos neceſſitate quolibet ve
deſiderio laborantes conferri vellemus: niſi proximorum
amori demerendo fideliter inſudare? At vbi puro in pecto
re germanus flagrat amor oblataq; gratificandi fratris oc
caſione beneuolos nos paratiſſimoſq; prębemus: an ab illo
eadem quoq; ſynceritate diligamur: tantum abeſt: vt ſpe
culari velle debeamus: vt huiuſmodi veſtigatio obeſſe plę
rumq; ſoleat moleſtęq; turbationis afferre q̃plurimum.
Quinimmo vbi iniunctum nobis diuinæ legis imperio
munus ſolerter obierimus bene arbitremur eſſe. Frater ve-
ro (quandoquidem & ipſius res agitur) ſuas quoq; ſi ſapit
meminerit agere partes. Et licet interdum ab vniuerſa con
gregatione amari poſſit nemo: propterea ꝙ nonnullis in-
genium eſt ab omni manſuetudine tam auerſum atq; re-
motum vt ne morigeros quidem proq; virili ſua beneficos
diligere norint: non ob id tamen recte quiſq̃ cauſatus fue-
rit maius ſibi viribus ſuis imponi negocium: cum operam
dare iubetur: vt omnium beneuolo poſſit amore donari.
Poteſt autem fieri vt quantumlibet eniſus fuerit: non om-
nium tamen optatum cõſequatur amorem: vt vero apud
ęquiſſimum iudicem: & non tam euentorum q̃ volũtatũ
iſpectoré: tam honeſto ſtudio mereatur nihil: fieri omnino
non poteſt. Quod perſpiciens philoſophus noſter vtrum
q; rectiſſime præcipit dicens: ſtudeas amari & amare. Cui
gemino ſtudio ſi quis fideles quotidiani conatus labores
impendendos decreuerit: non erit quin tandem præcio-
ſos beatæ tranquillitatis poſſideat vindicetq; theſauros.

Præpoſtere dictum videri ſtudeas amari & amare. Cap. XXII.

ET nunc quidẽ hinc abeũtes: ad ſequẽtia ſãcti patris ſpeculãda ſeſa trãſire poſſem⁹: ſi nõ alia ruſ⁹ ex alia (& ea ad rẽ tota pertinẽs) queſtiũcula naſceret. Cũ enim is q amari ꝑgit gratificis ſibi fratres officiis deuincire conet cũqꝫ id ſtudii niſi de mera germanæ charitatis radicẽ ꝓcedat: nullam apᵈ ꝑſpicaciſſimũ aĩorum ſcrutatorem habere poſſit meriti rationem: conſequẽs eſt amare prius eſſe q̃ amari. Idqꝫ tã perſpicuum eſt: vt refragari velit nemo: niſi q opꝑugnandę veritatis ſtudio aĩm obiectare conſueuit. Quid igiẽ viro prudẽtiſſimo viſũ ẽ: vt p̃poſtero magis vti vellet ordine: & amoris fraterni cõparandi ſtudiũ: amandorũ fratrũ diligentiæ p̃ponẽdũ arbitraret? Nẽpe ſolutu facillima qſtio eſt: dixerit forſitã aliqs: ſiqdem hoc loco nõ ordinis ſed difficultatis liqdo videmus habitã rationẽ. Quis. n. (verbi cã) ſęculo renũcians: ĩgenuaqꝫ ſimplicis animi dexteritate monaſterium petẽs: nõ amorifero quodam erga cũctã cõgregationẽ duci ſe ſe ꝑſentiſcit affectu? Vbi vero ad ea q̃ mẽbris ſũt exhibẽda corpeis venit officia quæ plærunqꝫ ingenitus torpor (niſi viriliter obſtiterit aĩmus) ſubire detrectat: alia longe ratio eſt. Tũc. n. periculum facimus euidens amare quemqꝫ facilius q̃ amari: id eſt fraternam beneuolentiam: ſedula familiarium officiorum frequentia demereri. Hoc igitur vir peritiſſimus priore loco rectiſſime poſuit: quod difficultatis amplius pluſqꝫ cognoſcitur habere laboris. Videntur hæc fateor primore cõſideratu haud abſurde proferri. Verum ſi diligentiuſcule ꝑſpecta fuerit: nõ faciũt ſatis: nec ſpeculãtis aĩm quoquo pacto qetãt. Et. n. primul⁹ ille oĩſqꝫ tẽtamẽti rudis atqꝫ inexpertus amor nõnũq̃ tam infirmas: tãqꝫ modica ſolidita-

te cõſiſtẽtes radices gerit: vt potius bona quædam affectio q̃ amor aut dilectio vera debeat appellari. Cum em̃ poſt expertos labores: aut eius cui mos geritur perſpectam ingratitudinem: inſulſam ruſticitatem: ſuperbiamve qua cuncta ſibi deberi exiſtimat: aut etiam poſt acceptę quippiam ĩiurioſę lãgueſcens paulatĩ deferueſcit amor: aut (qđ multo eſt execratius) ĩ odiũ cõmutatur: amorẽ nũq̃ fuiſſe liquido cõſtat: quẽ pauloañ fruſtra credebamus amorẽ. Sin vero iter ea quę diximus perſtat ĩmobilis: vſq; adeo vt nec moleſtia: nec ĩiuria: nec mľtigena poſſit moſculorꝫ varietate corrũpi ꝓfecto amor et eſſe & fuiſſe ĩdubitato cognoſcitur argumẽto. Verũ qualiſcũq; ſit ĩtentatus ille nulloq; certamine ꝓbatus amor: certe (quod cuiq; perſpicuum ẽ) ſtudio opus non habet: animo videlicet ſua quadã ſpõte cõſuetꝰ illabi. Hunc itaq; ſi pater ſanctus attẽdiſſet amorẽ: nunq̃ ꝓculdubio ei ſtudẽdum eſſe præcipere voluiſſet. Prior itaq; labor ĩ obſequioſa delinitione ĩfatigabili ſtudio beneuolẽtius exhibẽda cõſiſtit. Poſterior vero hãc habet ſtudii laboriſq; rõnem: vt tanta videlicet ſit amori ſynceritas: ne qua poſſit (vt diximus) ĩgratitudĩe: ruſticitate: moleſtia ĩiuria temerari. Eſt igitur & ordinis & difficultatis habita rõ: mľtaq; maturitate ꝑceptũ: ſtudeas amari & amare. Quiſquis autẽ geminũ hũc diuino munere poteſt ſuperare laborem (quãtũ ad eas attinet moleſtias q̃ a mortalibꝰ ꝓficiſcũtur) ſecurus eſt: nec poteſt tã ſerenę mẽtis trãquillitas facile nubilari. Qui vero huc nõdum peruenit habet quod gemat: ſecũq; fletibꝰ q̃ratur vberrimis: habet etiam quo quotidianis virtutũ ꝓfectibus iuuãte domino cõſcẽdere moliatur.

Manifeſtior vtriuſq; ſtudii declaratio. Cap. XXIII.

QViſq; ergo veras beatę traquillitatis amas: q̃ris: ambis: affectaſq; diuitias: ſocialis vitę memor amari ſtudeto: id ẽ ꝑfecto fratribus amore fœderari curato. Siqdẽ ĩ eos q nobis cõſuetudĩe quotidiana fra-

terneq̧ germanitatis neceſſitudĩe copulãtur: null⁹ pfectus
cẽſendus eſt amor: niſi gratuita fuerit amicorũ officiorum
exhibitione ꝓbatus/firmat⁹/radicatus. Quod ſi nec operã
nec ĩduſtriã noſtrã vlla flagitarit occaſio(ſunt em̃ nõnulli,
quorũ gratificandorũ etiã geſtiẽtib⁹ vix opportunitas vlla
cõtingit) extra cõtrouerſiam ẽ: bonã paratãq̧ ſufficere vo
lũtatem. Quę cũ ita ſint pſpicue cõtemplari licet: q̃ miſe=
ricorditer ipe q figmẽtum noſtrũ ſol⁹ abſolutiſſime nouit
nobiſcũ domin⁹ agat. Sũt em̃ plęriq̧ quos ĩdiſſolubili nos ar
bitramur amore poſſe diligere: quorũ ſi nobis ingeniola &
moſculorũ malegrata varietas experienda foret: fortaſſe
quẽ putam⁹ amorẽ: aut leuis ĩſtar fumi totus euaneſceret
aut(q̃d dictu terribili⁹ ẽ) ĩ affectũ cõtrariũ: id eſt ĩ odiũ ĩfoe
liciſſime verteretur. Quos ĩterim aĩmo ſimplici rectaq̧ vo
lũtate diligẽtes: diuĩo p̃cepto facimus ſatis: ita vt ad eã p=
ficiẽdã charitatẽ nihil ſit a nobis p̃terea requirẽdũ. Cęterũ
quos opera cõſilio viribuſq̧ noſtris iuuari poſſe perſpicim⁹,
omni beneuolẽtia prõptiſſime pſequamur. Hoc em̃ amare
eſt: vnde & generat̃ amari. Hinc em̃ eſt illud omniũ ore tri
tũ perpetuęq̧ poſteritatis creberrima repetitione terẽdũ:
ſi vis amari ama. Quod tale eſt ac ſi manifeſtius diceretur.
Si fratres affectu puriſſimę dilectionis amaueris: nõ erit qn
ab eis qui rationẽ ducẽ ſequi gaudent mutua quoq̧ ſynce
ritudine redameris. Illis autẽ qui ratione ducuntur nulla:
quid mirum ſi nulla te ratio amabilem reddat? Nec tamen
ob id eis amica negãda ſunt officia: nã ĩ iſtiuſmodi diligen
dis homĩbus fructũ cõſequimur vberiorẽ. Nec quoquo pa
cto fallimur quin fideliter amãtes fideliſſime redamemur:
ab eo videlicet ĩ cuius vnius eſt amore beatiſſimo quieſcẽ
dũ. Nõ igitur eſt quod dicas mihi de meo in alios amore iu
dicare licet: nõ autẽ valet inſpectare frater. q̃ me fortis illi
amoris ĩfucati cathena cõnectat. Nõ eſt inquã q̧ talia plo
quarel. Opera tãtũ proferto: quibus indubitata fides nõ po
terit nõ haberi. Etenim probatio dilectionis: exhibitio eſt o

peris: vt gregorianos ad noſtrę aſſertionis robur modulos afferamus. Studeamus igitur (vt iam crebro dictum eſt) amari & amare: Non eos tantum quos facili natos ingenio moribuſq; prædítos optimis per ſe nobis honeſtas ipſa conciliat (nam tales amare non magnæ laudis eſt: nec parui criminis: diligere nolle) verum & ingratos inurbanos: moroſos iniurioſos: qui niſi inuita parte ſenſili: diuinæq; iuſſionis habita ratione amari non poſſunt. Curemuſq; iuuante domino: vt noſter in illos amor a ſua nequeat rectitudine deturbari. Nam ſi huic ſtudio ſolertem impendere noluerimus operam: quando redemptorem noſtrum qui nos ad gradum vocat altiorem obtemperanter audituri ſumus: Diligite inquit inimicos veſtros: benefacite his qui vos oderunt: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Et q̃uis difficilis admodum apprime q; laborioſa ſit montis huius conſcenſio: non ideo tamen animalitate reluctante & partes ſuas pro viribus agente ceſſandum eſt. Ipſe namq; noſtrorum peruigil laborum ſpeculator domin⁹: virilia magnanimi conatus ſedulaq; a nobis bonæ ſtudia voluntatis expectat: mox videlicet vt ea viderit adiutricem laborantibus dexteram ineffabili benignitate proculdubio porrecturus. Proximus autem huic tanto culmini gradus eſt: id genus hominibus ſtudioſius diligendis aſſueſcere de quibus modo fecimus mētionem. Cæterū quiſquis ad voluntariam fortemq; maleuolorum inimicorumq; dilectionem diuino ſubuectus auxilio conſcendere poterit: nō erit inter mundanas moleſtias: quod iam fœlicis animi tranquillam valeat infeſtare quietem.

Non poſſe cœnobitam ſocialiter viuere: niſi viuat ordinate: idq; omnino conuerti.

Cap. XXIIII.

INter hęc autem animaduertere eſt/vniuerſa ſacrarũ virtutũ ſtudia ſibi mirifice cohæreſcere atq; iuiolabili fœdere perpetuo cõſentire. Cũ enim ſuperius ordinatę vitę rationẽ glorioſus doceret Bernardus:ea ſollicitudine/ſua cuiq; obſeruãda pręcepit itinera: vt & ſibi a peccato/& a ſcãdalo fratribus omni tẽpore ſciret eſſe cauendũ. Socialis autẽ vitę pręcepta daturus:ſtudeas inquit amari & amare. Amare nimirũ/vt tibi caueas a peccato(quis em̃ ignorat viuificę charitatis iacturã citra peccatum facere poſſe neminẽ!)Amari vero:ne quis acutas ſcãdali ſpinas tua offenſus ruſticitate frater incurrat. Nã ſi ſe nec curę tibi nec cordi eẽ/veriſimilibus cõiectare cœperit argumẽtis:teq; ea ineptitudine perſpexerit eſſe:vt ad rem nihil ptinere putes/fratrib9 ne diligaris an minime: fortis erit admodũ: agerturq; cũ eo fœliciter ſi illęſum retinẽs animũ nihil ſe ſcãdali perpeſſum in dño poterit gloriari. Ruſticũ eſt em̃ ac prope inhumanũ: nulla cõciliandorum fratrũ ſollicitudine detineri. Itaq; nec ordinate viuere: niſi ſocialẽ noris agere vitam: nec ediuerſo ſocialiter degere poteris:niſi perfectã ordinatæ vitę: qua proprius excolitur animus habueris rationem.

Cauendum eſſe non ſolum ab amore vitioſo ſed etiã nimio q̃uis ſancto vt impleri poſſit qđ dicitur ſtudeas amari & amare. Ca. XXV.

VT igitur & ſancte diligi ſtudeas:& religioſo cũctos amore coneris amplecti:intelligas neceſſe eſt non a vitioſo tantũ amore:ſed ab honeſtę quoq; dilectionis nimietate diligẽtius eſſe cauendũ. Vicioſus autẽ eſt amor oĩs qui vel adulatiõe vel ſimulatiõe vel vtroq; fucatur:quiq;(vt paucis vniuerſa complectar)a rectiſſima ſanctę charitatis regula quauis ratiõe delirat. Itaq;

vitioſe diligi ſtudet: qui eorum moribus quos a ſaluiſica p̄ceptricis regulę ſeueritudine/deflectere videt(dum ſingularitatis ſuſpectus haberi timet)libenter cōgruit atq̧ conſentit. Amat item vitioſe: qui eorū potiſſimum conſuetudine delectatur: quorum familiaritate nihilo ſtudioſior euadens non ſolum nil proficit: verum optimas quoq̧ præcioſi temporis horas: inaniſſime terit atq̧ conſumit. Deniq̧ vitioſo ſtudet amori: cui frequentatis obſequiorum ſtudiis non animę ſalus fauor ve diuinus expetitur ſed tranſitorium neſcio quid: viriq̧ boni ſtudiis prorſus indignum: quo petulantior valeat ſenſilis appetentię prurigo ſedari. Sunt enim nonnulli qui prelatos præcipuoſq̧ rerum admiſtratores ſtudioſius obſeruare conantur: obſequioſiſſimum quęq̧ nimia ſua ſedulitate certantes euincere. Præſto ſunt etiā non vocati: dum ſumma nituntur ope ne poſſint ab his quorum obnoxios ſibi facere ac deuincire ſatagunt animos: omnino nō amari. Eos autē huiuſce tam ſolliciti tāq̧ feruentis ſtudii ratio mininime latet: geſtiunt enim aut monaſterii patrem aut e ſeniorib9 comitari quēpiā gerendorum negociorum gratia quoq̄ ſecedentē. Siquidē libet oculos paſcere: libet aures oblectare. liberiori deniq̧ libet indulgere ſermoni. Propriæ nāq̧ inſtabilitatis acti pulſiq̧ vitio: in monaſteriis diu contineri nō poſſunt. Apud id genus homines de gerēdo cum oculis auribus linguaq̧ prælio verba facere: tale eſt ac ſi muſicum ſurdo canere melos: compoſitū ve cures recitare poema. Sin autem nihil tale venantur certe pręcipere cupiunt & adminiſtrationis cuiuſpiam honore: quo videlicet male pruriens ineſcatus eſt animus vel pręmature cæteris anteferri. Qui ſic & amari & amare videri ſtudent: nec quid ſit amor norunt: nec ſaluberrimū regulæ ferre iugum: nec monachum aliquid poſtremo(vt abſolute breuiterq̧ dicam)redolere cœperunt. Eſt autem & ſodalicius amor quem facit ingeniorū morūq̧ tū beneficio naturę: tū exercitationis diuturnę frequētia

comparata parilitas. Verbi cauſa. Sunt in congregatione duo aliqui minime ſtomachoſi: ſed placidi: lenes ac mãſueti. Delectant vtroſq; vigiliæ longiores: colloquii raritas: niſi tantum eius: quo ſitibundæ mentis ditiore ſegete veſtitur agellus: victus item parcus & id genus alia. Tales dum ſeſe in alternis cœperint animis: velut in lucidiore quodã ſpeculo contemplari: tam forti nonnunq̃ glutinoſi vinculo retinentur amoris: vt prorſus abiungi nequeãt: grataq; mutuæ conſuetudinis voluptate deliniti: cæterorum pene curent attendãtq; neminem. Amor hic & ſi bonus nimius tamen eſt: atq; in teneris mẽtibus (robuſti nanq; perfectiq; cõtinente eos domino immota ſoliditate conſiſtunt) nutriendo ſcandalo q̃ aptiſſimus. Et q̃uis vna pulcherrimis diuinarum litterarum ſtudiis inuigilent flammatiſq; ſermonibus (qd rarũ eſt admodum) alterna calefacere pectora curent: q̃uis propheticos pſalmos vna ſeorſum verſiculatim & ore ꝓnũcient: & mẽte deguſtent: q̃uis ob egregia deniq; optimarum exercitationũ ſtudia laudis mereãtur non minimum: ꝙ tamen a reliquo cœtu velut alienos ſe faciũt: nõ poterit quin ab infirmioribus minuſq; compoſitis murmuratitia quadam repræhenſione notẽt. Nec deerunt qui inconſiderata vulgariq; locutione turpi eos hypocritarũ ſtigmate notãtes: pſalmiuorones crucirodões /arimorſores/ appellitare minime vereantur. Q᷑ ſi hæc ipſa morum conſenſio ingeniorumq; concordia nihil obſiſtat: quominus & ab omnibus amari laborent: & amare ſtudeant vniuerſos: nihil eſt profecto vnde repræhẽdi merito debeat amor iſte: quandoquidem & exemplo cæteris eſſe q̃optimo: & multiplices ſibi mutuo poſſit occaſiones ſpiritalium ſuppeditare lucrorum. Quinetiam fœliciſſimi ſunt: ſi ſic amãtes eos ſanctarumq; virtutum ſtudiis vigilantius inſudantes: dies hinc ſuſtollat extremus. Cęterum in vniuerſum rectiſſime pręcepit qui dixit: nulli te facias nimis ſodalem: gaudebis minus & min⁹ dolebis. Debet profecto ſufficere mona-

chis ea amicitia: quæ communi diuinorum præceptorum fideliq; magiſtræ regulæ veneratione (id eſt perpetui operis exhibitione) ſolidatur. Quos autem morũ ingeniorũq; ſupernis legibus abſonantium inuiſa ſimilitudo connectit non tam amici q̃ factioſi merito ſunt habendi. Q̃uis enim nec ſeditionis excitare quippiam nec in vllã rempublicam conſpirare videantur: in ſeipſos tamen vel pernicioſiſſime coniurare noſcuntur. Quippe qui ab infœlicibus propriarum mentium penetralibus deum procul abſiſtere compellentes: terribili ſe propriæ gladio voluntatis occidunt. De his autem qui vel ob venuſti vultus gratiam congenitamve ſuauioris alloquii lenitatem cæteraq; huiuſmodi ab oĩbus facile diliguntur indubitata ſententia eſt: ſi nihil acceſſerit aliud: nihil eos habere cum virtute commune. Et q̃uis ſibi tranquilliſſimi videantur: vtpote turbificis irarum motibus minime concitati: nihil tamen minus beata tranquillitate exploratum habere probantur: quippe quæ quotidianis geminæ charitatis conſtare dignoſcitur incremẽtis.

Incongruum videri q̃d ait Bernardꝰ blandiloquentię ſtudere monachum oportere. Cap.XXVI.

Hactenus ergo nec iutiliter (vt arbitror) nec ĩpẽdio veſtigãtes: locũ hũc diſcuſſimus: ſtudeas amari & amare. Cui mox ſequentia philoſophus noſter annectit verbula dicens: blãdũ te & affabilem exhibere. Subaudiẽdũ ſtudeas: ſubaudiendũ nihilominus vniuerſis. Neq;.n. vni tantũ: duobus ve aut tribus: ſed vniuerſæ ꝓſus cõgregatiõi: tales nos iubet pr̃ optimus exhiberi. Quinetiam idipſum ad prioris ſtudii promerẽdæ videlicet dilectionis rationem retuliſſe: omnino dubitari non debet. Plurimum nanq; ſemper in comparanda beneuolentia & habuit & eſt habitura momenti: familiaris alloquii prompta blandaq; facilitas

Sed hęreo rurſus ſtupeoꝗ non minimũ. Neꝗ enim inter ſe
pugnare pręcepta: iuberi ve contraria debẽt. Fiet enim hoc
pacto vt quoquo te verteris: inextricabili volens nolens vi
tandæ ſemp inobedientiæ laqueo capiaris. Siquidẽ obtẽpe
raturus alteri: alteri pugnare certiſſime cõuinceris. Quor
ſum hæc inquis. Expedio paucis. Silentio (& quidem om-
ni tempore) ſtudere debere monachum regula iubet. Cuiꝰ
ſi tu venerator tranquillam ſpeculabũdæ taciturnitatis qe
tem amplecti volueris: affabilitatis blandę ſtudium pręci-
pienti Bernardo: obtẽperare nequibis. Semper enim reſpon
dere paratus ſemper tranquillus ſit oportet qui ſe blãdum
oĩ tempore cunctis affabilemꝗ prębere ſtudet. Quotus au
tem quiſꝗ eam ſibi bene compoſitæ mentis ſerenitatem eã
verborum cogitatuũꝗ moderationẽ cõparauit: vt non ali
quando crebriore diſtrahatur colloqo: habeatꝗ neceſſe vel
amaro gemitu & ꝑditi dãna redimere temporis & deĩceps
maiore ſibi cauere prouidentia: ne quid tale dũ forte agit in
cautus patiatᷣ? Porro ea blandiloquentia: cui prudẽtię ſęcu
laris amatores non pauci: vel accuratiſſime ſtudent: nihil
redolet monachũ: nihil habet religioſũ. Abſiſtat ab ore mo
nacho exqſitioris elogi phucus oĩs: faceſſat illa neſcio q̃ mel
litorum verbuloꝝ acceſita ſuauitas: ſufficiat monacho ſi
natiuã ingenuãꝗ triti quotidianiꝗ ſermonis cõſuetudinẽ
ſeruet atꝗ ſequatᷣ. Adde ꝙ plæriꝗ ſæcularium: certiſſimis
indubitatę teſtimoniis expientiæ docti: ſuſpectos ſolẽt ha-
bere blãdiloquos: ꝓpterea ꝙ verborũ qdẽ ſatis ĩmo vero ni-
mis: operis vero probantᷣ hẽre q̃minimũ. Deniꝗ ſeductori-
bus/adulatoribus/irriſoribus/ cæteriſꝗ id genꝰ mõſtris (ne
dicã hoĩbus) peculiare eſt: blãdiuſculis abundare ſermũcu
lis: ſũt.n. aptiſſima quædã mendaciorũ doliꝗ multiplicis
opimenta. A qbus tãto ſolertius oportet abhorrere mona-
chum: quanto vel ipſis ſęcularibus eſſe ſuſpectiora noſcũtᷣ.
Illud igitᷣ hoc loco q̃rendũ video: quonam pacto & laudatę
blandiloquentię (nam talem aliquam inueniri neceſſe eſt)

& quieto ſilentio monachus ſtudere poſſit: quum vtraq; ſtudia inter ſe pugnare: ſibiq; penitus eſſe contraria videantur. Cæterum (q̄d omnino tacuiſſe nolim) nõnullos inuenias: eloquio ſuapte natura ruſticulo: qui cum pacatiſſimi quietiſſimiq; loquãtur: ob illam tamen concitati ſermonis ingenitam acrimoniam: commotos atq; iratos arbitrere. Quib⁹ ſi parandę blandiloquẽtiæ ſtudium indixeris: ꝑinde pene erit: atq; illepidũ coaxantes ranulas: compoſitos multiſonę philomenę: modulos pręceperis imitari. Quod ergo dicitur: blandũ te ſtudeas atq; affabilem exhibere: nulla ratione in vniuerſum præcipi poſſe videtur.

Obiectorum confutatio. Cap. XXVII.

ET quidem minimi ac prope nullius eſſe laboris nõ ambigo prolatos confutare locos libuit tamen hæc q̄libet facilia diſſolutu paucis obiectare: vt verborum ſancti viri perq̄ artificioſa cõnexio præclarius elucescat. Ait em̄. Studeas amari & amare: blãdũ te & effabilem exhibere. Subtiliter prudenter/bene/immovero q̄ optime. Siquidem excluſit hac ipſa coniunctione: quicquid eſt blandimentorum ſæcularium: excluſit omnem affectatam delinientiũ oratiunculaꝝ ſuauitatulam: excluſit (vt paucis dicam) vitioſum loquẽdi genus omne. Quod enim dicit tale ē ac ſi pluribus loqueretur. Curato morigeratione promptiſſima omnium tibi beneuolos efficias aĩmos. Facito pro virib⁹ fraterna charitate pręcordia tua redundent. Hoc eſt enim ſtudeas amari & amare. Deinde religioſius infert blandum te & affabilem exhibere. Quod tale eſt ac ſi manifeſti⁹ diceret. Loquuturus: dilectionem germanam conſulito: nec quicq̄ niſi q̄d illa dictauerit proferendum iudicato. Hoc enim pacto blãdum religioſum/ſanctum gratum deniq; prorſus atq; acceptum erit quicquid vnq̄ proloquere. Quod autem obiicit̃ omni tẽpore monachis graui quietoq; ſtudendum eſſe ſilẽ

tio ſi magiſtrę regulę nolint argui cōtemptores: quod ſi fe
cerit huic præceptioni nullo pacto obtemperaturos: quā
doquidem & ſilere ſimul & eloqui poteſt nemo: facile diſ-
ſoluitur. Quiſquis enim præceptricis regulę fidelis erit ob
ſeruator: ſuis profecto temporibus & loqui: & conticeſcere
norit oportet. Vt autem exempli cauſa afferamꝰ aliquid:
venit de ſæculo quiſpiam: aut de monaſterio quolibet: in
quo ſanctæ religionis ſynceritati ſtudetur q̄minimū: nul-
laq; pene viget diſciplinę cuſtodia regularis. Venit inq̄ ad
expetitum ſibi cœnobium: vbi vulgante fama & domina
ri regulam & ſanctę cōuerſationis ſtudia florere cognouit.
Exponit abbati quid ſecum ipſe diuino fretus adiutorio cō
ſtituerit. Fixum eſſe apud ſe: per anguſtius iter dein-
ceps velle proficiſci: quando ſalutis ſuę ratio id ipſum fla-
gitare penituſq; exigire videat. Admitti ſtudioſiſſime pe-
tit: verſatur inter frates dies aliquot: rurſum petita repli-
cat: ſibiq; reſponderi perq̄ obnixe precatur. Vocantur ad
conſilium fratres. exponit abbas laudabile hoſpitis deſide
rium ſuam ſinguli rogantur ſententiam. Eſt interim in-
ter fratres forte quiſpiam qui in eo dequo vel admittendo
vel dimittendo conſultatio eſt: aliquid animaduertit in-
decēs minus ve decorum: Itaq; vbi ad eum forte ventum
fuerit: ſurgit feſtinus: & cum vix loqui cœperit protinus
efferueſcit volucri quodam turbine verba ſpargens/rotās
præcipitans. Pater inquit non is hoſpes iſte qui fratrum de
beat cœtui quauis rationecopulari. Aliquem ſe eſſe exiſti
mat: totus intumeſcit: ſtomachum illi vel ſolo verbulo fe
ceris. Audiui nudiuſtertius quędā eius verba impetu quo
dam turbulentiſſimo concitata. Remittendus eſt omnino
ne gregem vniuerſum turbet/commoueat/inquietet. Vi
des ne quæſo fratri huic perop ꝰ eſſe vt loqui diſcat! Loquē
dum eſt enim interrogato: ſed non ſtomachabunde: non
geſticulabunde/ nō iracunde. Itaq; ſiue citra modum mo-
deſtiāq; verba faciat: ſiue reſpōdere iuſſus oīno cōticeſcat

vtrobiq; regulæ temerator conuincetur: tenebiturq; tranſgreſſor: quippe quæ rogatos ſententiam: ſimpliciter iubet quæ ſenſerit eloqui: omnemq; ſermonis ſeriem leni blāda q̃ ſummiſſæ humilitatis māſuetudīe moderari. Liquet ergo iuſtiſſima beatæ regulæ decreta fideliter ſeruaturum non in ſilentii modo ſed in laudatę quoq; blandiloquentię ſtudium neceſſario incumbere oportere. Quam nimirum humilis charitas (quæ vt beatus profitetur apoſtol⁹ & patiens & benigna eſt) iudicio maturioris inſignita prudentiæ/ pulcherrime ſubminiſtrat. Alius itē huic confirmandę ſententiæ locus accedat. Quid enim in conſpectu congregationis vniuerſę frater quiſpiam ab alio acerbiuſcule: aut etiam multo fortaſſe grauius q̃ ipſe ſe meruiſſe exiſtimat: accuſetur! Quid facturus eſt obſecro! Surrecturus ne repente atq; in huiuſmodi verba commoto felle proruptutus! Bene profecto res agitur: feſtucam trabē: lapillū parietem: ſurculum proceram eſſe vult arborē. Quis hæc ferat! Ita rem leuiſſimam erigit: effert: extollit: vt ſtuprum parricidium ve criminis ęquare magnitudo videatur. Profecto ſi tale reſponſionis parabit genus: eſto prius innocēs fuerit: impatiēs tamen iracūdus ſuperb⁹ arguetur. Quid igitur faciendū! Nēpe aut fortiſſimo mutæ taciturnitatis freno labella cōpeſcat oportet: aut paucula ꝓ ſe: & ea puriſſimę cōſentanea veritati nec vllo ī accuſantē fulmīe iaculata ſumma cū moderatione loquat̃. Quod autē loco priore poſui: ꝓfundę eſt humilitatis & patiētiæ (quas virtutes rariſſimas ſemp eſſe quis neſciat) alterum vero permiſſionis. Quod tamē ab eo & quidē ſolo poterit exhiberi: quē peritia minīe fugerit blāde prudēter grauiterq; loquēdi. Porro de rerum diſpēſatore economo quē cellariū vocāt/ ianitore: ęgrotorūq; miniſtro qd dicēdū! Certi⁹ ꝑfecto nihil ē q̃ eos ſi memoratę blādiloquētię ſint expertes eāq; ſibi minīe neceſſariā fuerint arbitrati īiunctę ſibi ꝓuīcię mun⁹ nullo vnq̃ tēpore ſalubriter exhibituros. Poſtremo & abbatem

ipſum(ſi tamen eū non tam officii nomen q̄ adminiſtratio ſtudioſa delectat)ita blandiloquio ſtudere neceſſe ē:vt iuxta pulcherrimā glorioſiſſimi legiſlatoris noſtri iuſſionem amari potius valeat q̄ timeri. Verum hac noſtra tempeſtate:benedictinos abbates rariſſimos eſſe qs ambigat. Facilius nāq eum inuenias qui timori quidem norit eſſe diſcipulis: ametur autem a nullis:aut eum qui eo pacto ſe gerat: vt neutrum conſequatur:q̄ eius prudentiæ virum:cui pro modeſta verborū lenitate paternaq dulcedine ſyncera filialiſq dilectio & ecōtrario pro iuſtiſſima ſeueritudine met⁹ reuerentior impendatur. Sed ad diſputationis ordinem reuertamur. Non eſt igitur(vt exprędictis liquet)ea pertinacia amplectenda taciturnitas: vt nihil cum opus fuerit ſit dulciloquētiæ loci:nec rurſum blandiori colloquio tanta vacandū licētia:vt ſalutifera meditatio quæ inter ſilēdū p agitur:liberiorib⁹ cōfabulatioib⁹ obruat. Quod autē ſecūdo obiectum eſt loco:pulchra beatæ tranquillitatis ſerenitudine oportere pacatum ſemperq reſpondere paratum Inueniri eum qui ſe blandum cunctis affabilemq præbebit eiuſq generis homines exiguo admodum numero contineri:ſi de perfecta:amabili:imperturbabiliq blandiloquentia dictum accipitur:dubitari omnino nō debet quin veraciter fideliterq dicatur. Etenim virtutes omnes(quæ omnium pene doctorum conſenſu recepta ſententia eſt)tam inuiolabili neceſſariæ ſibi germanitatis fœdere cohęreſcūt vt quiſquis vnam perfecte poſſederit:nullius omnino pœnuriam patiatur. Verum non omnia poſſumus omnes: certiſſimumq eſt gregorianum illud:repente ſummum fieri neminem:quin potius a minimis inchoandum proficere geſtienti:vt ad ſublimiora paulatim fœlici bene diſpoſitorum graduū aſcenſione pertingat. Atq(vt ex diui thomę aquinatis doctrīa aīmaduertere licet)nō hoc a nobis exigit vt monaſterii tecta iā pfecti ſubeamus: Verum vbi nobis monaſtica ſemel placuit conuerſatio:manſuetaq regu

læ colla volentes ſubdidimus: ad glorioſum beatæ perfectionis culmen pro virili noſtra niti: contendere: conariq; debemus. Hoc enim eſt quod dicit monaſticæ cōditionis ſtatum non acquiſitæ iam perfectionis eſſe: ſed acquirendæ. Cuius rei haud immemor modeſtiſſimus Bernard⁹ noſter dicere noluit blandum te & affabilem exhibeto: ſed ſtudeas exhibere. Itaq; quotquot hanc creberrime nominatam ſuauioris eloquii lenitudinem nondum ſumus aſſequuti: ſedula deuotarum orationum frequentia bonum tantum a bonorum omnium largitore munifico impetrare ſtudeamus. Quoties autem ſermonis noſtri ruſticitate/rigore/ nimietate/aut etiam importunitate quēlibet e fratribus turbauerimus: errorem noſtrum & compuncti luctu cordis/ & amica reconciliatione curemus emendandum. Si quis vero religioſam ſuauiloquentiam virtutis nomine non oportere cenſeri forte contenderit: breuiter reſpondeo. Si naturę ſolius munus eſt (non tamen excluſo domino ſine quo nec ipſa poteſt cōſtare natura) ad virtutem pertinere nihil. Sin autem ſtudii eſt: generoſum eſſe fateor manſuetæ charitatis effectum. Sed nūc ordine ſuo tertius quoq; obiectionis locus adducatur in medium. Dicebatur enim vix tātę virtutis eſſe quempiam qui non prolixo crebroq; ſermone diſtrahi ſe quodammodo diſpergiq; ſentiat: vſq; adeo vt abſumptum fruſtra tempus lachrymoſis apud dominum feſtinet reſarcire querelis. Quod equidem inficiaturum crediderim neminem. Verum id eo pacto dicebatur: quaſi fieri non poſſit: quin id damni ſæpiſſime perferat: qui ſe blandum cunctis affabilemq; ſemper voluerit exhibere. Intelligit autem ſanctę regulæ ſtudioſus inſpector: in his locis in quibus decretorum glorioſi Benedicti fidelis viget obſeruantia: ab huiuſmodi periculo timendum nemini. Siquidē ſolerti ſacræ taciturnitatis ſtudio (pter officiales miniſtros quibus frequentiore locutione opus eſt) penitus obſtringūtur omnes. Ea quidem ſeueritate vt citra veniā / honeſtāq;

cauſam:cuiꝗ loqui non liceat. Sed neꝗ præceptione ſua tãto diſcrimini circunſpectus nos Bernardus expoſuit. Vult enim blandos atꝗ affabiles inueniri. Quod tale eſt ac ſi diceret. Quoties interrogaris conſulerisve:aut opera tua recte petitur:ſermonem ſapido benignæ charitatis melle conditum proferre memento. Quartus deniꝗ poſtremuſꝗ locus pauciſſimis abſolui poteſt. Dicebatur enim cognatum nonnullis acre quoddam/rapidum/tumultuariumꝗ pronunciandi genus. Quo fit:vt q̃uis mẽte ſint placidiori animoꝗ pacatiſſimo:ipſa tamen inſuauis/horridulaꝗ prolatio:credi faciat eſſe turbatos. Quos fruſtra prorſus blandiori parando ſermoni ſtudere pręcipias. Ad quod ego:tam durum eſſe nihil:quod non omnis amaritudinis ignara charitas mollire q̃optime poſſit. Cęterum cuius explorata virtus eſt:non facile diſplicet naturæ vitio exaſperata loquela niſi quis forte ad repræhenſionem vſꝗ fuerit delicatus. Diuinum igitur præceptum eſt: & poſſidendæ tranquillitati perq̃ neceſſarium:ſtudeas amari & amare blandum te & affabilem exhibere.

Quid opus ſit memoratam blandiloquentiam obtinere cupienti.

Cap. XXVIII.

INter hæc autem animaduertere licet/tam ſanctæ tamꝗ ſalutiferæ præceptioni obtemperaturum amabileꝗ religioſæ linguæ dulciloquẽtiam adepturum neminem: niſi continua cum auribus oculis atꝗ lingua prælia gerens (cuius rei in ſupioribus eſt habita mentio) magnificũ triplicis laureæ munus (dño multa ſtrẽnuitate belligerãtẽ cõfortãte) ſtudioſiſſime reportare conetur. Quid enim ſermo blandior? qd affabilitas ipſa conducere poterit? ſi forte multilogo/

ſtultilogo/aut alio quouis imoderatioris linguę vitio(q̄ & plurima ſūt & modis oīb⁹ euitāda: vanaq; tam oculorum q̄ aurium curioſitate nutriuntur)iepte miſereq; laboret!

Nullius ſane precii vⁱrtus eſt: inhoneſta cuiuſlibet vitii labe fœdata. Quæ quum ita ſe habeant: perſpicuum plane eſt: optabile ſermonis gratifici mun⁹ deſyderanti⁹ expetēti ſolitudinē eſſe debere chariſſimā. Silentiū namq;(cui⁹ ē optima cuſtos ſolitudo)lectioni/meditationi/orationi/cōtemplationi/vſq; adeo conſentaneum amicum immo vero & neceſſarium eſſe non ambigitur: vt ſi forte deſit: talia tātaq; munera: ſanctam & facientia & perficientia mentē omnino monachus obire non poſſit. Poſteaq̄ igitur iucundum beatæ cellulę ſecretum ſpeculabundo adiutore ſilentio: precioſiſſimis ſpiritualium cogitationū theſauris pium ditarit animum: atq; in eo lętiſſimos diuinę charitatis ſuccenderit ignes: tum profecto non poterit non blandum ac cęleſti quadam dulcedine non redundans iueniri: qdcd ab huiuſmodi faucibus ſermonis erumpet. Charitas enim cuius ſemel animum occuparit: poſſederit/replerit/non cogitat⁹ modo ſed et verba & actus pariter vniuerſos: fœlici moderatione regit atq; gubernat. O nulla vnq̄ eloquentia ſatis extollendam magnificandamq; cellulam: modo non lateat q̄ pulchris illic optimarū meditationum gemmulis aſpirante domino: mens illi penitus conſecrata diteſcat. Cuius ego rei, cum inter ipſa exigui mei tirocinii exordiola (quemadmodum ſub finem libelli prioris expoſui) dulciſſimo Ieſu meis liberalius applaudente votis: periculum facere cœpiſſem: eſſetq; mihi ſilentioſę ſecreto cellulæ ac meditabundę quietudine mentis acceptius iucūdiuſq; nihil acerbiſſima repente variarum tentationum eatenus inexpertarum improbitate: pro mea exilitate: ſatis quidem (vt mihi videbatur) acriter oppugnatus: familiarem fratrū collocutionem mihi neceſſario expetendam iudicaui. Interi vero ſolita deficere meditādi cœpit facultas: flagrāſo

randi tepeſcere feruor: areſcere lachrymæ omni dulcedine
dulciores (& vt paucis vniuerſa perſtringam) omnis illa
ſpiritalis ſanctaq; voluptas in amaritudinem tediumq;
conuerti. Benedictum plane dulciſſimi redemptoris no-
ſtri nomen: benedictũ inquã perenniter & ſine fine: qui ſiue
diſponat aliquid ſiue permittat: ſine cauſa nouit facere ni-
hil. Non ego diſcutio cauſas: non rationes diſquiro non la
tentia (vt ęquum eſt) audaci temeritate perſcrutor: ſcio e
go me aſperrima ac duriſſima quæq; & meruiſſe ſemper &
quotidie imprudẽtiſſime promereri. Gaudeo tamen inter
ea permagnifice: vel in tranſitu id ipſum tam precioſi mu
neris accepiſſe. Nam q̃uis quicquid eſt huiuſmodi blandi-
mentorum: interni gaudii animiq; ſerenioris: ea pertina-
cia a me profugerit: vt nunc vſq; vix minimam tam ſapidiſ
ſimi nectaris ſcintillulam: primoribus (vt ita dicam) labris
libare permittar: illorum tamen dierum conſideratio fre-
quẽs idoneus mihi quidem ac opportunus eſt ſtimul⁹: quo
nimirum ad deteſtandum quicquid eſt tranſitorię volu-
ptatis; optabilemq; purgati pectoris quietudinem deſyde
rantius expetendam: vtcunq; pulſatus enitor. Præterea
infirmitates/miſerias/ineptias erroreſq; meos/vbi cum lę-
tiſſima temporis illius fœlicitate compono: dumq; non-
nullos intueor/qui a minimis inchoantes/ipſa ſuorum ini-
tiorum ſtudia glorioſis auxere profectibus: ꝓculdubio q̃-
tum a monaſticæ cõuerſationis nõ dicam perfectione/ſed
mediocri ſaltem profectu miſerrimus abſim clare lucide
q; cognoſco. Et q̃uis me vno depreſſius deiectius atq; con
fuſius eſſe poſſit nihil: non diffido tamen quin vbi æternę
deſtinata prouidentiæ tempora venerint: vniuerſa hæc ſu
pra q̃ exiſtimare queam in melius mihi conuertantur: non
meorũ vtiq; gratia meritorũ: q̃ nulla imo vero (ſi dicere li
ceret) nulliſſima prorſ⁹ eſſe ꝓſpicio: ſed optimi Ieſu nr̃i mu
nificẽtiſſima agẽte liberalitate: q̃ maieſtati ſuę famulari cu
piẽtes q̃uis peccatores & ĩ vitia quotidie m̃lta ruẽtes/ad ſe

totos conuertere benigniſſime conſueuit. Hãc autem narratiunculam: huic potiſſimum loco reſeruandam curaui: vt expertus ipſe faterer eos qui variis quotidie tentationibus agitantur: atq; in bilem ſunt ſtomachumq; procliues: poſſe quidem ac omnino debere parandę ſtudere blandiloquentiæ: verum non niſi temporis acceſſu blandos ſe poſſe cunctis atq; affabiles exhibere. Adhuc enim inter imperfectos agunt: quippe quos portari magis neceſſe ſit: q̃ admiratione atq; imitatione dignos iudicari. Quotquot autem huiuſmodi ſumus in perpetuo infatigabiliq; ſuſceptæ militiæ ſtudio tantiſper duremus oportet: dum diuinæ reſpectu miſericordiæ optata nobis via pateſcat: qua de triumphali turbationum noſtrarum victoria in domino gloriari ſinamur. Sed ad interruptæ diſputatiunculæ ſeriem redeamus: Priuſq̃ igitur ſuauiloqui ſermonis mellita placidæ charitatis reſperſi dulcedine gratiam quis aſſequi valeat: ſummis opus eſſe laboribus quis non facile rei magnitudine conſiderata perpendat! Grandis profecto labor: & herculeis illis quas fabulantur erumnis multo difficilior volucrioris linguæ & ad loquendum ſemper pręcipitis victorioſa frenatio: ſed lõge proculdubio glorioſius atq; laudatius vbi ad loquendum proceſſeris: ſingula ea curioſitate penſiculare verbula: ne quicq̃ omnino foras prodeat: quod vlla merito poſſit repræhenſione notari. Quod noſter latere noluit Benedictus: ſed perſpicuum plane fecit omniq; manifeſtius argumento. Siquidem mirificam erigens duodenis diſtinctam gradibus ſcalam: per quam magnanimos / ſtrennuoſq; diſcipulos ad pulcherrima ipſiq; proxima cœlo beatæ ſemper humilitatis faſtigia prouehit: atq; ſuſtollit: per raram compeſcendæ linguæ facultatem: nonum demum gradum haud leui perſuaſus ratione collocandum iudicauit. Hæc enim ipſius ſunt verba. Nonus humilitatis gradus eſt: ſi linguam ad loquendum prohibeat monachus: & taciturnitatem habens vſq; ad interrogationem non loqua

tur dicente ſcriptura. In multiloquio non effugietur pecca tum. Et iterum. Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram Non te prætereat obſecro ſtudioſe lector imperioſum prohibēdi vocabulū: in re nāq; tā graui tamq; difficili imperio opus eſt & quidem potentiſſimo. Non enim poteſt ea facilitate modeſtum procaci linguæ ſilentium: qua cæteris corporis membris quies aut motus imperari. Nam manum ſi vel demittere pedem quoq; ſiue ſiſtere ſiue mouere velis: illico facultas aderit: nec ea in re (niſi vel inſpata corpori debilitas euenerit: aut forte vehementior aliqua mentem agitarit tentatio) quicq̄ omnino patiere laboris. At vero præcipiti linguæ ſi forte præcipere cœperis nihil verebitur obaudiens eſſe dicto: nec poterit ſine prolixo duri laboris certamine belua tam rebellis effrenaq; compeſci. Verum ad triumphalem ipſius dominatum: quanam iuuante domino tandem poſſit ratione pertingi: ſi iuſtiore trutina: ſingula memoratæ periodi verba ponderanda duxerimus: obſcurum non erit. Si linguam inquit ad loquendum vel a loquēdo prohibeat monachus: id eſt ſi locuturiētem erūpere vetet: non ſecundo tātum aut tertio (quid enim hoc magnæ afferre poſſit vtilitatis?) ſed quoties oris clauſtra licentioſa libertate pręceps effugere tentat. Quo videlicet hoc pacto ex actibus creberrime repetitis diuino aſpirante fauore/deſyderatus/laudeq; plurima dignus: habitus pariatur. Sed hoc quoq; non minimi fortaſſe laboris eſſe cauſabere: quem videlicet puſilli ac fragiles animi haud facile ſubeundum arbitrentur. Sed neq; hoc benedictinum latebat ingenium: quāq; potuit opem: tulit prudentiſſime. Si linguam inquit a loquendo prohibeat monachus. Non fruſtra ſane hoc loco monachi vocabulum: legentium voluit auribus inſonare. Tale eſt enim ac ſi dicat. Si te propoſitæ rei terret difficultas: conditionis tuæ (vt debes) memor eſto. Monachus enim diceris cuius eſt officium & propria & aliena deflere peccata. In id autem ſtudii quiſquis ſerio ſemel incubuerit:

ipſam loquendi libidinem ſponte ſua paulatim areſcere fœliciter experietur. Sequitur. Et taciturnitatem habens. Id ē ſtudioſis ſanctiſq; laboribus beatus ſacri ſilentii poſſeſſor effectus ad interrogationem vſq; non loquatur. Magnū hoc eſt inquis. Maximum fateor & multo profecto maius: q̄ vt primo ſtatim videri poſſit aſpectu. Ipſius nanq; petulantis linguæ moderationem interdum ad fortitudinem: nōnūq̄ ad continentiam quandoq; etiam certum eſt ad humilitatem præcipuam virtutum omnium pertinere cuſtodē. Ponamus enim (exempli cauſa) quempiam: ab eo quem minime leſerit quemq; plurimo ſemper & amore fuerit & beneuolētia proſequutus: verbis mordaciſſimis appeti: oppugnari vehementer animum: geſtientemq; linguam a reſpōdēdo prorſus nolle compeſci. Illum tamē fortiter agere: inuocatoq; piētiſſimi Ieſu fauore id tandem efficere ne detrahenti ſtomachanti atq; inſanius obloquenti: verbulum reſpondeat vllum. Quis obſecro pręclaram tam glorioſæ pugnæ victoriam ad magnanimitatem pertinere negauerit? Cum autem id tēporis quo cæteri alloquuntur fratres: quo & nobis eadē (ſi vellemus) vti libertate liceret: lectioni meditationi ve dantes operam ſilendo terimus: continētiæ pfecto munus ē: quæ non a ſuperfluis modo ſed ab his quoq; q̄ nō admodū neceſſaria vidētur: animum nouit ſalubriter inhibere. Vbi vero quiſpiam tam ſūmiſſe de ſe ſentire didicerit: vt citra ſimulationem omnem indignum ſe iudicet/ qui inter alios verba faciat quemq; prudentiores ſe (quales oēs exiſtimat) debeāt audire loquētē: dubiū nō ē de perſpicuo glorioſę hūilitatis fonte tam nitidū riuulum deriuari. At ego mihi indubitata perſuaſerim ſententia e multis hominum milibus vix talem aliquem inueniri. Fateri tamen interim neceſſe eſt: ingenti fide charitateq; diuina flagrantibus impoſſibile eſſe nihil. Vides profecto (ni fallor) q̄ ſit arduum q̄q; difficile ad hunc tam ſublimem/ tamq; glorioſum paciferæ taciturnitatis pertingere gradum. Nec

immerito. Quandoquidem in ſilentio loquendi peritia diſcitur: cuius apicem vndecimo demum gradu legifer noſter Benedictus certiſſima perſuaſus ratione conſtituit erigendum. Cuius & hæc ſunt verba. Vndecimus humilitatis gradus eſt: ſi quum loquitur monachꝰ: leniter & ſine riſu humiliter & cum grauitate pauca & rationabilia verba loquatur. Et non ſit clamoſus in voce quia ſcriptum eſt. Sapiens verbis innoteſcit paucis. Hæc eſt illa blandiloquentia quam Bernardus doctor eximius: monaſticæq; philoſophiæ peritiſſimus in ore cœnobitæ deſiderat inueniri: ne quid forte ab eo hac in parte regulari doctrina perfectius exiſtimes eſſe prolatum. Conſiderare potes interim: q̃ parum immo vero q̃ nihil obfuturũ ſit huiuſmodi dulciloquium in beatę taciturnitatis ſtudium incumbere geſtienti: quandoquidem monacho laudi datur vel maxime ſi niſi interrogatus: nullum foras patiatur prodire ſermonem. Ex his ſatis (vt arbitror) ſuperq; clareſcere poteſt: q̃ta perfectiõe ſit opus ei qui monaſticæ rhetorices, religioſæq; blandiloquentiæ peritus euadere cupit.

De ſequẽtibus beati Bernardi verbis quibus fraternos mores mutuo ferendos præcipit. Cap. XXIX.

NVnc autem ad ſequentia magni patris Bernardi conſideranda præcepta attentum beneuolumq; ſtudioſæ mentis conuertamus auditum. Studeas inquit amari & amare: blandum te & affabilem exhibere: portare non ſolum patiẽter ſed etiam libẽter infirmitates fratrũ tuorum tam morum q̃ corporum. Hoc oĩm mea ſententia difficillimum eſt: meq; ingenue haud ſatis ſcire ꝓfiteor poſſit ne aliquid in vniuerſa monachorum philoſophia ſublimius perfectiuſq; perferri. Equidem (q̃tũ ad me pertinet) fœlix interim mihi: immo vero fœliciſſimus eſſe viderer.

ſi in ꝓferẽdis infirmitatibus alienis: vel inuicta mihi patiẽ-
tia non deeſſet. Tantum abeſt vt ad id audeã culminis aſpi
rare: in cuius altiſſimo conſiſtens apice poſſim in huiuſmo
di tolerantia nõ modo patiens ſed mitis quoqꝫ gaudens ac
alacris ĩueniri. Res. n. maxĩa fateor: & quã mira paucitas ſe
gaudet adeptam. Conandum tamen & quidem enixiſſime
modo neceſſaria nolimus glorioſi legiſſeri noſtri Benedicti
temerare præcepta. Siquidem & hoc ipſum beatum imita-
tus apoſtolum: pulcherrimę ſuæ regulæ ſtudioſe curauit in
ſerendum: ne quid vel in hac parte Bernardus noſter regu-
lari doctrina ſublimius protuliſſe putetur. Cęterum donec
huc peruentum fuerit beatæ tranquillitatis ratio omnino
conſtare non poteſt. Etenim donec imperfectum adhuc aĩ-
mum alieni mores inquietant: tametſi diuino ꝓtectus mu
nere in perturbationis diſcrimen non labitur: blandam ta-
men beatæ tranquillitatis dulcedinem tantiſper non ſinit
experiri. Ego vero q̄q̄ non is ſum qui de præclaro religioſæ
conuerſationis fideiqꝫ prouentu teſte poſſim conſcientia in
domino gloriari quid tamen ſit cauſæ vt in ferendis aliorũ
infirmitatulis tam durus tamqꝫ difficilis inueniar: liqui-
do mihi iuuante Chriſto videor intueri. Vt enim breuiter
dicam: cui id eſt animi vt ad meliora quotidie ſublimioraqꝫ
conſcendere geſtiens quicquid recte geſſerit aliquando ne
reſpicere quidem dignetur: ſed veluti totius virtutis ĩops/
ſeqꝫ vno in toto terrarũ orbe imperfectiorem arbitratus ne-
minem/perduret in labore atqꝫ ad aliquantam honeſtę con
uerſationis formulam: q̄ta poteſt virtute feſtinet: is demũ
fœcundos domino præbente ſucceſſus: alienos mores: non
ſolum ęquo feret animo: verũetiam blandus ſemper & ala-
cer: moriger erit omnibus: laborantibuſqꝫ dolebit ex ani-
mo: eoſqꝫ fraterna ſupplex oratione iuuabit. Hoc ē qđ & mi
hi deeſſe perſpicio & doleo vehementer. Nam ſi propriaſtã
animi q̄ corporis ęgritudines perſpicacioribus animi lumi
nibus intuerer: ea quibus laborant alii minima prorſus exi-

ſtimarem meq̧ peréni deteſtatione cenſerem digniſſimũ: qui in huiuſmodi minutiſſimis reculis animũ ſua paterer quiete fraudari. Non diffido tamẽ interim eximiaq̧ clemẽ tiſſimi dei noſtri fretus liberalitate nõ deſpero. Scio equidẽ in huius faſtigii conſcenſu laborẽ eẽ: & quidẽ non minimũ: quod nec latere poteſt: vocabulum portare paulo ſtudioſi⁹ attẽdentem: quo & beatus vſus eſt apoſtolus: a quo memo ratam bernardi ſententiam ſatis liquet eſſe mutuatam. Al ter alterius onera portate (inquit) & ſic adimplebitis legẽ chriſti. Lex chriſti iugum chriſti eſt: ſuaue eſt: leue eſt: quis ipſi chriſto reſiſtere audeat aſſerenti? Sed proculdubio ſua uitate permixtus eſt labor: Ideo tamen ſuaue iugum dici- tur: q̧ amor quo cuncta dulceſcunt laborem (quantuſcun q̧ eſt) ſuauem faciat blandumq̧ videri. Quid enim mutu orum onerũ portatio: præter laborem ſignificare ac præ ſe ferre credatur? Sed cum ſubiungitur: & ſic adimplebitis le- gem chriſti: miſcetur aſperitudo dulcedine vt non tam re fugiatur iugum q̃ ſummis ignitorum deſideriorum ſtu- diis appetatur. Preterea non exigui temporis opus eſt: nec paucorum dierum ſpacio: ad tanti culminis apicem perue nitur. Attende profectum quum dicitur non ſolum patiẽ- ter ſed etiam libẽter. Maximus profecto labor anteq̃ ad pa tiẽtiam pertingatur: nam vbi ad eam peruentum fuerit ad beneuolẽtiam quoq̧ iuuante deo facilius expeditiuſq̧ ſtu dioſus animus perduci letatur. Et q̃q̃ gemin⁹ labor eſt (fe rende ſunt enim infirmitates vt iam memoratum eſt tam morum q̃ corporum) molleſcit tamen labor ipſe penituſ q̧ dulceſcit dum fratres eſſe perſpicimus quorum infirmi tates ferre præcipimur: fratres inquã qui nobiſcum ſalu- tis ingreſſi ſunt iter: & cum quibus beatitudinem obtine- re geſtimus æternam. Deniq̧ hoc pacto & nobiſipſis ordi- nate viuimus & cum proximo ſocialiter ambulamus. Sed huic quoq̧ libello ſilentium interim indicatur oportet: ſa tis enim ſermonem protendiſſe videtur.

Io.Badius Aſcenſius Lectori Salutem.

Habes itaq; lector ſtudioſe/duos venerandi patris Caroli fernandi de animi tranquillitate libros:miro tum ſenten=tiarum pondere:tum verborum lepore ſcatentes:prælo noſtro impreſſos Anno ſalutis noſtræ. MDXII.ad Idus No=uemb.Quos ſi qua merentur fronte ſuſcipies mox alias e=iuſdem officinæ lucubrationes videbis.

george [illegible] doth this booke owne [illegible]